cap. quia propter, de elect. sed adhuc in suo robore perseverat: ita sentiunt Fr. Emman. *in sum. p.1. c.102. n.2.* Zerola *in praxi Episcop. p.1. verb. Abbatissa*, §. 6. Azor. *instit. moral. part.1. lib.13. c.10. q.2.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.27. num.10. & 11.* & tentum fuit in Rota *in Meten. Monasterii, 5 Julii 1621. in fine, vers. denique*, coram *Reverend. D. Coccino*, & iterum *in Treveren. Abbat. S. Maximini, 20. Novembris 1624.* coram *eodem*, apud Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud.8. in princip. num.68.* Quamvis contrarium, immò dispositionem text. *in d. cap. quia propter*, modò sublatam esse per Concil. *d. cap.6.* teneat Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.2. quæst.23. art.15. conclus.2. circa med.* Electionem Abbatissæ factam per vota non secreta per ignorantiam Decreti Concilii *d. cap.6.* non valere, nec Episcopum posse dispensare, ut valeat, referunt Aloys. Ricc. *Neapol. decis.197. num.7. p.4.* & Sigism. à Bononia *dub.31. num.10.* Molfes. *in sum. Theolog. moralis, p.1. tr.6. c.16. num.156.* Novar. *in singul. Canon. concl.86. num.6.*

18 In electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissæ posse vota per Episcopum unà cum Vicario, vel alio Viro assumpto oretenus accipi, referunt decisum Gal. *in margarita casuum Conscientiæ, verb. Abbatissa*, Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.4. n.189.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. res.637. in 2. edit.* Castellin. *de elect. cap.4. num.4.* Fr. Sigism. à Bononia *in simili tract. dub.27. num.11.* Hieron. Roder. *in compendio qq. Regular. res.2. num.22.* novissimè Tamburin. *d. disput.28. q.4.*

19 Puram & simplicem ostensionem schedulæ, secretò factam ab aliquo ex electoribus ad effectum, ut videat quem ipse eligat, non tollere quin electio subsequens immediatè sit secreta; tradunt Navar. *cons.7. in antiquis, aliàs 4. in novis, de elect.* Fr. Emmanuel *in sum. p.1. cap.102. de elect. n.4.* Castellin. *d. cap.5. n.3.* observantes eo casu electionem esse irritam, & nullam, quando electorum vota culpâ, & dolo totius, vel majoris partis Monasterii, seu Capituli publicarentur, vel quando manifestatio unius, vel plurium votorum est realis causa, vel præsumptivà rationabiliter, quod electio sequatur in hanc, vel illam personam particularem ex vi illius ostensionis, quo casu loquitur Rota *in d. Trever. Abbatiæ S. Maximini*, apud Massobr. *d. prælud. c.8. in princip. n.53. & n.97.* resolvens electionem esse nullam, etiamsi unicum tantùm suffragium publicetur. Nam ita strictè dispositio Concilii citato loco est intelligenda, ut si post electionem factam in Bullis confirmationis, seu patentibus exprimerentur nomina eligentium, electio esset nulla; ut refert decisum Castellin. *d. cap.4. num.61.*

20 Si electi fuerint à superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant, electionem reputari secretam & canonicam, referunt decisum Nicolaus Garcia *d. cap.4. num.189.* Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. decis.197. n.2. p.4.* Castellin. *de elect. cap.4. num.4.* Fr. Sigism. à Bononia *in simili tractat. dub.27. num.11.*

21 Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signatam, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod talis elector eligit illum nominatum ex schedula, facere electionem non secretam, & peccare mortaliter, ac proinde sic electum factum de hoc certum teneri resignare Prælaturam, sive officium, vel petere à Sanctissimo confirmationem cum dispensatione, referunt decisum Laurent. de Peirin. *tom.1. de Religioso subdito, & Prælato, quæst.1. de obedientia, cap.21.* Castellin. *d. c.4. num.61.* & dicit Fr. Emmanuel *quæst. Regular. tom.2. q.52. art.9.* quod intentio Concilii *d. c.6.* fuit statuere, quod monasteria facerent electiones secretas in hoc sensu, id est, quod non permittant fieri aliquid, ex quo publicari possunt nomina eligentium, & si tale quid factum fuerit, electio non valet, subdens ex doctrina Navar. *cons.4. in antiq.* aliàs *9. in novis, de elect.* quòd hoc habet locum in electione per scrutinium, non autem in electione per compromissum.

22 Electionem esse nullam, quando aliqui ex electoribus unicam schedulam recipiunt unico nomine scriptam, & nomen electi notum scribæ, vel alteri reponunt in capsula; similiter qui accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & unam quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit revelare talem, qui non habuit nisi unam schedulam, vel talem, qui non habuit duas, referunt decisum Nicol. Garcia *d. c.4. num.193.* Aloys. Ricc. *d. Neapol. decis.197. num.8. p.4.* Castellin. *de elect. cap.5. num.25.* Fr. Sigism. à Bononia *in simili tract. dub.31. num.6.* & tenuit Rota *in d. Trever. S. Maximini*, apud Massobr. *d. prælud.8. n.69.*

23 Utrum autem in electione Superiorum Regularium præsidens Capitulo possit præcipere scrutatoribus sub præcepto sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ sententiæ ne recipiant suffragia oretenus tradi solita pro aliquibus ultra certum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant electoribus ad aures, ut servari dicitur, ut dent aliis eorum vota, & an electio hoc modo celebrata sit valida? *Congregatio Concilii censuit de anno 1625. hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali consensui adversatur, omnino improbari, electionesque hactenus celebratas, si scrutatores præcepto Superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro canonicis non haberi*, refert Castellin. *d. c.4. num.66.*

24 Ex tripartito numero Monialium duas partes concurrere debere in electione Abbatissæ, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, posse Episcopum nominare unam, quam magis idoneam judicaverit, asserit decisum Piasec. *in praxi Episcop. p.1. c.3. num.57. vers. in monasteriis*, quem refert Zipæ. *d. n.9. vers. Abbatissa, in fine*, latè me citato Tamburin. *d. disput.28. q.9.* Quamvis Miranda *de sacris Monial. q.7. art.4. in concl.* teneat quod ad validitatem electionis cujuslibet in omnibus monasteriis Monialium sufficiat habere majorem suffragiorum numerum, dummodo ipsa sint legitima.

25 Electio officialium, qui administraturi sint monasteriorum bona, ad monasterii spectat Superiores, & ideò licèt Episcopus sit ejus Superior, ipsi tamen possunt eligere officiales, ut refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. leg. Navarræ, lib.2. tit.18. l.7. de Religionib. num.4.* & Laurent. de Franchis *ubi suprà, pag.164. in resp. ad 1.*

ALLEGATIO CI.

Episcopus circa Regularium professionem an aliquam habeat potestatem.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius potest professionem ante expletum decimumsextum annum factam nullam declarare.*

2 *Professionis nullitas si proponatur coram Ordinario, & superiore Regulari, debet intra biennium terminari, quia subintrat dispositio Concilii* sess.24. de Reformat. cap.21.

3 *Profiteri nullus valet expressè, nec tacitè ante decimum*

cimum sextum annum expletum, & professio antea facta ipso jure est nulla.

4 *Doctores referuntur agentes de materia Concilii Tridentini* sess. 25. de Regular. cap. 15.

5 *Milites Regulares non comprehenduntur decreto Concilii Trid.* sess. 25. de Regular. cap. 15.

6 *Milites S. Stephani non comprehenduntur sub dispositione Concilii* sess. 25. de Regular. capit. 15.

7 *Fratres tertii Ordinis non ligantur dispositione Concilii* sess. 25. de Regular. cap. 15.

8 *Hierosolymitani Milites ex novo ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto Concilii Trident.* sess. 25. de Regular. cap. 15.

9 *Puella ad professionem ante decimumsextum annum admitti non potest.*

10 *Dispensari non potest, ut puella, quæ duodecimum annum non complevit, possit habitum in monasterio suscipere.*

11 *Puella in ætate duodecim annorum matrimonio conjuncta, si religionem sit ingressa, cogendus est sponsus per quatuor annos expectare usquedum illa profiteatur.*

12 *Professio Monachi facta ante decimumsextum annum est nulla.*

13 *Professionem quorum dierum defectus nullam efficiat, ostenditur.*

14 *Professionem ante decimumsextum annum expletum, vel intra annum probationis validè emittere potest, qui ex voto Religionem ingreditur.*

15 *Professio, quæ in quibusdam Religionibus facienda est in decimo octavo ætatis anno, si fiat ante illud tempus, post tamen decimumsextum à Concil. Trid. expressum, valida est.*

16 *Annum probationis ante professionem emittendam debet habere Religiosus, aliàs professio esset nulla.*

17 *Professio intra annum probationis emissa nullum obligat, nec in specie, nec in genere Religioni, nec etiam in foro conscientiæ.*

18 *Professio durante anno novitiatus emissa non potest haberi rata, nisi accedat Papæ dispensatio de consensu recipientium, & receptorum.*

19 *Annus probationis incipit à die susceptionis habitus, sive ab eo die, quo communem sequitur aliorum Religiosorum vitam.*

20 *Annus bissextilis an sit integrè finiendus ad professionem emittendam, ostenditur.*

21 *Annus 1582. à quo Greg. XIII. abstulit decem dies, integer reputatur ad sacros Ordines, & ad quæcunque officia, vel beneficia.*

22 *Professio facta in ultimo anni die non est invalida.*

23 *Annus probationis debet esse continuus, & non sufficit interpolatus.*

24 *Tempora non conjunguntur in novitio pro complendo anno probationis.*

25 *Absentia trium dierum à Conventu interrumpit annum probationis.*

26 *Professio Monachi ob non servatum annum probationis intra claustra monasterii, dicitur nulla.*

27 *Anni probationis pars si extra monasterium justa de causa cum habitu de Superioris licentia habeatur, non per hoc dicitur discontinuatus.*

28 *Licentiam ad exeundum in anno novitiatus, ut ille non interrumpatur, concedunt Ministri Provinciales.*

29 *Habitus Regularis à novitiis deferendus est de essentia, atque substantia anni probationis.*

30 *Probatio debet fieri in habitu monachali.*

31 *Annus probationis potest impleri ab eo, qui nondum expleverit annum decimumsextum ætatis.*

32 *Professio facta ante expletum probationis annum est nulla, neque hujusmodi terminus ex consensu partium potest remitti.*

33 *Novitii in articulo mortis existentes ante expletum probationis annum, habentes legitimam ætatem possunt profiteri.*

34 *Monasterium virtute professionis factæ à novitio intra annum probationis in mortis articulo non potest succedere in bonis ipsius novitii in præjudicium suorum hæredum.*

35 *Novitiis intra annum probationis licitum est à monasterio exire.*

36 *Novitiis nolentibus profiteri sunt omnia bona restituenda, quæ tempore ingressus detulerunt in monasterium.*

37 *Novitius egrediendo recuperat omnia bona, etiam feudalia, unà cum fructibus perceptis, deductis tamen alimentis temporis, quo in monasterio fuit.*

38 *Novitio egredienti si non vult monasterium habitum religiosum dare ei, ad minus ejus pretium restituere tenetur.*

39 *Dictio*, omnis, *est universalis, & qui omne dicit, nihil excludit.*

40 *Novitius si decesserit intra tempus probationis, & dos soluta sit, est restituenda hæredibus, unà cum fructibus, deducto tamen victu, & vestitu.*

41 *Informationes pro novitiis volentibus profiteri quomodo sint faciendæ, ostenditur, & n. 42.*

43 *Professio Monachi erit nulla, quando facta fuit non servata Constitut. Sixti V. pro informationibus faciendis.*

44 *Professi nulliter, quia in eorum informatione non fuit servata forma præscripta à Sixto V. possunt etiam post quinquennium reclamare.*

ORDINARIUS potest professionem ante 1
expletum 16. ætatis annum factam, nullam declarare, ut asserit decisum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 2. titul. 18. l. 7. de religionibus, num. 11. & n. 40.* dicit etiam resolutum in causis nullitatis professionis, quæ infra biennium ab Ordinario, & Superiori Regulari non terminantur, esse locum Decreto Concil. *cap. 20. sess. 24. de reformat. in princ.*

De jure communi ad professionem emittendam 2
decimusquartus annus completus in viro, in fœmina verò duodecimus etiam completus sufficiebat, *c. ad nostram, c. significatum, de Regular. c. 1. eod. tit. lib. 6. Clem. eos, illo tit. gloss. in cap. 1. 20. q. 1.* Post Concil. verò Trident. † nulli licet profiteri expressè, nec tacitè ante 16. 3
annum expletum; & professio antea facta est ipso facto nulla, & irrita, ut *in sess. 25. de Regul. c. 15.* ubi sequentia verba habentur. *In quacunque Religione, tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante 16. annum expletum, professio autem antea facta nulla sit, nullámque inducat obligationem, aut alicujus regulæ, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscunque effectus.* De cujus intellectu vide Nav. *cons. 23. de Regul. in novis*, quod deest *in antiq.* Sayr. *in* 4
floribus dec. sub illo tit. dec. 97. Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales, §. 2. pag. 233.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. column. 1067. & lib. 23. cap. 9. col. 1316.* Sanchez *de matrim. lib. 2. disput. 24. n. 22.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part. 2. c. 1. num. 36.* Petr. Ledesm. *in sum. part. 2. trattado de los estados de las Religiones en comun, cap. 7.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Religionis, lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4.* Campanil. *in diverf. Juris Canonici, rub. 12. cap. 11. à num. 1.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus, num. 41. cum sequent.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 24. art. 2.* Rot. apud Farin. *decis. 175.*

*decis.*175. *num.*6. *part.*1. *recentior.* & *in Metensi professionis*, 2. *Junii* 1636. coram *R. P. D. Carrillo*, impressa per Tamburin. post *tract. de jure Abbatiss. decis.*3. *num.*18. novissimè Sanch. *in præcepta Decalog. tom.*2. *lib.*5. *cap.*4. *à num.*1. Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso*, *tom.*1. *cap.*20. §.3. Hieron. Roder. *in compendio qq. Regul. resol.*101. *num.*30. *cum sequent.* Hieron. Venero *in examine Episcop. lib.*6. *c.*15. Lezana *in sum. quæst. Regul. c.*2. *ex num.*9. me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatiss. disp.*6. *q.*4. novissimè me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regul. verb. professio*, *à num.*8. *pag.*214.

5 Milites Regulares decreto dicti *cap.*15. non comprehendi refert decisum Armendar. *d. loco*, *num.*7. & resolvunt Fr. Ludov. Beja *respons. casuum conscientiæ part.*4. *cap.*28. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancellar. gloss.*8. *à num.*61. Azor. *institut. moral. part.*1. *lib.*13. *cap.*4. *q.*2. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disputat.*44. *num.*8. & novissimè *d. cap.*4. *num.*17. Flamin. *de resignat. lib.*6. *quæst.*2. *num*117. *cum sequent.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.*5. *quæst.*169. Seraph. *decis.*121. *num.*2. quæ reperitur etiam impressa *part.*1. *diverss. decis.*591. Barth. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novit. disputat.* 11. *dub.*2. *num.*4. Lezzana *d. cap.*2. *num.*9. *versic. decretum.* Quamvis hujusmodi Milites in emittenda professione comprehendi sub illo decreto affirment Fr. Emman. *in sum. tom.*2. *c.*8. *num.*2. *concl.*1. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*363. *num.*27. Hieron. Venero *d. cap.*15. *num.* 7.

6 Unde in Militibus S. Stephani nuncupatim non procedere decidit Rot. Romana *decis.*591. *part.*1. *diverss. in novissima edit.* quam refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici*, *decis.*1. *in prima edit.* & *resolut.*

7 617. *num.*6. *in secunda edit.* † Nec comprehendere Fratres tertii Ordinis, censuit eadem Rota Romana *dicta decis.*591. *num.*7. relata per Aloys. Ricc. *d. resol.*617. *num.*4.

8 Milites tamen Hierosolymitanos comprehendi sub illo decreto ex novo ipsorum statuto illi adhærenti, referunt decisum Flamin. *d. quæst.*2. *num.*120. Armend. *d. loco*, *num.*16. Barthol. de Vecchis *d. dub.*2. *num.*4. novissimè me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regul. verb. Milites*, *num.*10. nam in habitus susceptione emittunt professionem, quæ postea per habitus delationem intelligitur post annum ratificata. Navar. *cons.*23. *de Regular.* Rovit. *cons.*96. *num.*9. Rota *decis.*591. *sub num.*9. *part.*1. Peregrin. *vol.*5. *cons.*116. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.*2. *cap.*16. *numer.*37. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*13. *c.*4. *quæst.*2. Et totum Orbem habent pro monasterio, ut ubicumque sint, censeantur esse sub obedientia magni magistri, Navarr. *cons.*41. *num.*2. & 3. *de Regul.* & in favorabilibus verè Religiosi dicuntur, Mohed. *decis.*10. *de causa possess.* Nav. *cons.*12. *num.*1. *de Regul.* Mench. *illustr. controv. lib.*3. *cap.*105. *num.*49. & 50. Ozasch. *decis.*27. *num.*18. Caball. *crimin. resol. casu* 64. *num.*2. Anna *sing.*207. Menoch. *cons.*54. *num.*17. Fr. Emman. *qq. Regular. tom.*1. *q.*1. *art.*6. Decian. *tract. crimin. lib.*4. *cap.*9. *num.*36. Riminald. Jun. *cons.*527. *num.*23. 24. & 27. Azor. *d. part.*1. *lib.*12. *cap.*12. *quæst.*5. Molfes. *cons.*33. Ponte *cons.*14. *vol.*1. Villagut. *decis.*34. *num.*1. & 5. Farinac. *consil.*197. *n.*1. & 10. Aloys. Ricc. *collectan.*216. Carol. Tapia *in auth. ingressi*, *C. de sacrosanct. Eccles. verb. sua*, *c.*13. *num.*19. Cardinal. Tusch. *practicab. concl. litt. H*, *concl.*107. *num.*1. Nicol. Garcia *de benefic. part.*1. *c.*4. *num.*50. Sanch. *in præcepta Decalog. tom.*2. *lib.*7. *cap.*8. *num.*36. Gregor. XV. *decis.*87. *à num.*1. & *decis.*109. *per tot.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*360. *à num.*21. Gabriel Pereira *de manu regia tom.*2. *c.*27. *num.*20.

9 Non admittitur puella ad professionem ante dictum 16. annum, ut asserit decisum Armend. *dicto loco*, *num.*41. † Nec est dispensandum, ut puella, quæ 10
12. annum non compleverit, possit habitum in monasterio suscipere, ex Fr. Emman. *qq. regul. tom.*3. *q.*122. *art.*2. Azor. *p.*1. *lib.*12. *c.*18. *q.*55. & 56. Nald. *verb. habitus*, *num.*6. & *verb. monialis*, *n.*5. Barthol. de Vecchis *d. praxi*, *disp.*2. *dub.*6. *num.*16. Armend. *num.*43. ubi *n.*42. asserit *a Sacra Congr.* responsum fuisse *anno* 1580.
† quod si puella in 12. ætatis anno matrimonio con- 11
juncta, & Religionem ingressa sit, cogendus sit sponsus per quatuor annos expectare usquedum illa profiteatur. Quamvis circa præfatam harum puellarum receptionem nullam limitationem esse constituendam existimaverint Miranda *de sacris mon. q.*8. *art.*2. *in conclus.* Sanch. *in præcepta Decalog. lib.*4. *cap.*18. *n.*33. Suar. *tom.*3. *de regul. cap.*1. *num.*9. Vide Laurent. de Peirinis *in form. relig. litt. M*, *c.*6. *n.*2. *in fin.*

Professio Monachi facta ante 16. annum expletum 12
est nulla, ut definit Concil. Trident. *d. cap.*15. & censuit Rota Romana apud Farinac. *decis.*173. *n.*6. *tom.*1. *p.*1. ita ut si deficiant 12. dies ante annum 16. expletum, professio dicatur invalida, prout resolvunt Gallet. *in margarita casuum conscien. verb. profiteri*, *penult.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.*656. *in* 1. *edit.* & *resol.*549. *in* 2. *edit.* ubi etiam † resolvit, quod si de- 13
ficiat unus dies, nulla esset professio, asseritque habere locum in anno bissextili, quia nisi dies una addatur, non valet professio, cum debeat fieri in ultimo anni instanti, vel post lapsum unius anni. Ego tamen dicendum puto, professionem in suprema die 16. anni emitti posse, etiam post Concil. emissamque subsistere, ex his quæ in similibus adducit Sanch. *de Matrim. lib.*2 *disp.*24. *num.*22. & in terminis resolvit Campanil. *in diverss. Juris Canon. rub.*7. *cap.*6. *num.*129. & *rub.*12. *cap.*11. *num.*1. vide tamen quæ infrà *num.*26. † Qui ex 14
voto Religionem ingreditur, potest in ea valide ante 16. annum expletum, vel intra annum probationis professionem emittere: ita decisum fuisse refert Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.*1. *c.*2. *n.*37. *in fine.*

Dubitari potest, an stante statuto ne quis ante 18. 15
ætatis suæ annum ad professionem admittatur, prout adest in ordine Minimorum, seu potius Sancti Francisci de Paula, si professio fiat ante illud tempus ab statuto requisitum, post tamen 16. Concilio Trident. expressum, valida sit? Ego dicendum credo, validam esse professionem contra prohibitionem prædicti statuti non annullantis, aut irritantis factam, arg. text. *in c. ad Apostolicam*, *de regularibus*, & ita tenent Ludov. Miranda *in manuali Prælatorum regularium*, *p.*1. *quæst.*24. *art.*2. *concl.*2. Peirinis *de subdito relig. tom.*1. *c.*26. §.3. Hieron. Venero *d. c.*15. *num.*10. & dicit decisum Armend. *d. loco*, *num.*14. In constitutionibus Religionis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum est constitutio confirmata auctoritate Apostol. ante & post Concil. quod in Religione aliquis non recipiatur antequam annum 20. videatur expleviſse. Hoc stante quæritur per Superiores Religionis, an pro validitate professionis in dicta religione sufficiat illam emisisse post 16. annum juxta dispositionem Concilii? *S. Congregatio die* 2. *Augusti* 1631. & 24. *Augusti* 1632. censuit, *professiones emissas juxta dispositionem Concilii esse validas*, novissimè me citato *in hoc loco*, Novar. *d. verb. professio*, *n.*17. *pag.*215. In dubium etiam ab aliquibus revocabatur, an Regulares qui ultra vota solita etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcunque eorum translationem, seu habitus privationem, seu dimissionem à voto hujusmodi liberentur? Ad cujus decisionem emanarunt litteræ in forma brevis à S.D.N. Urbano, incip. *Cùm sicut*, *die* 21. *Maii* 1635. in quibus declarat, & decernit, *quoscunque regulares cujusvis Ordinis*, *Congregationis*, & *Instituti*, *etiam quomodolibet exempti*, *etiam Societatis* Jesu, *ultra alia vota etiam votum*, *promissionem*, *sive juramentum solemniter*,

niter, sive simpliciter emittentes, aut præstantes de non petenda, nec procuranda, minusve acceptanda aliqua dignitate, neque aliqua superioritate extra eorum Religionem, per quamcunque translationem hactenus, & imposterum quandocumque de sua ad aliam Religionem, vel Ordinem, & per quamcunque expulsionem, habitusque Regularis dimissionem pro tempore factas, non esse, nec fore, minusve dici, aut censeri posse, seu debere à præfato voto, promissione, seu juramento liberatos, sed eos hactenus & pro tempore translatos, expulsos, ac à delatione habitus Regularis absolutos, vel privatos, quarumcunque dignitatum hujusmodi perinde incapaces, & ad illas petendas, acceptandas, & obtinendas inhabiles remanere in omnibus, & per omnia perinde ac si translati, expulsi, seu à delatione habitus liberati, seu privati non fuissent.

16 Cùm quis Religionem ingressus est, habitumque Regularem suscepit, antequam prædictam professionem emittat, annum debet habere, qui probationis dicitur, intra quem asperitates regulæ experiri debebit, ut eas sufferre assuescat, cognoscatque si propriæ complexioni, viribus, & voluntati congruant: quod si professionem eo currente emittere auderet, nihil ageret, ut definit Concil. Trident. *d.cap.*15. De cujus materia, quoad hanc partem, vide Fr. Emman. *quæst. Regularium tom.*2.*q.*2. *artic.*7. *& tom.*3. *q.*13. *art.*4. *& q.*15. *art.*1.2.7. *&* 8. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*12. *c.*4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *num.*385. *cum seqq.* Armendar. *d.l.*7. *de Religionib. num.*4. *cum sequent.* Campanil. *in diversor. Juris Canonici, rubr.*12. *cap.*3. *à princip.* Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. regularium, part.*1. *quæst.*22. *art.*1. *cum sequentibus.* Sanch. *d tom.*2. *lib.*5. *c.*4. *num.*8. *cum seqq.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro religios. lib.*5. *quæst.*160. *cum seqq.* Bonacin. *de clausura religios. q.*2. *punct.*10. *diffic.*2. §.2. Fr. Barthol. de Vecchis *d. disputat.*11. *dub.*2. me citato *in hoc loco*, Tamburin. *d. disp.*6. *q.*4. *num.*2.

17 Ex professione, sive tacitè, sive expressè intra annum probationis emissa, non obligari aliquem, nec in specie, nec in genere Religioni, nec etiam in foro conscientiæ, referunt decisum Nicol. Garc. *de beneficiis, part.*11. *cap.*9. *num.*6. Armend. *d. loco, num.*1.
18 & 2. ita ut jam † hodie non possit haberi rata post annum hujusmodi professio, quæ illo durante emissa fuit, ex Navar. *cons.*16. incipit, *Orta sunt*, post *num.*18. *de regular.* præterquam si Papæ accederet dispensatio de consensu recipientium, & receptorum, habendo annum novitiatus pro legitimè completo, & professione rata, ex eodem Navar. *d. cons.*26. *num.*20. quem sequuntur Jacobus de Graffiis *in decisionibus aureis lib.*3. *cap.*5. *n.*23. & Campan. *d. c.*3. *n.*5.

19 Probationis annus, sive in masculis, sive in fœminis incipit à die susceptionis habitus, sive ab eo die, quo communem sequuntur aliorum Religiosorum vitam, & incipiunt experiri Religionis asperitates: ita Fr. Ludov. Miranda *dicta quæst.*22. *art.*3. *concl.*1. Barthol. à S. Fausto *d. lib.*5. *q.*160.

20 Ad hanc professionem in Religione anno bissextili satis est ad probationem complevisse dies 365. Ita Sylvest. *verb. religio* 3. *q.*19. §.3. Henriq. *in sum. lib.*10. *cap.*19. *litt. K*, Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, post resolutionem* 76. *in notab. de materia Sacramenti Ordinis, vers. quoad interstitia*, Martin. Forn. *de Ord. cap.*3. *num.*4. Barthol. à S. Fausto *d. lib.*5. *q.*161. Quamvis contrarium, imò diem bissexti computari debere juxta ritum, & usum Ecclesiæ, asserat Bonac. *de Sacram. disp.*8. *quæst. unica, punct.*5. *num.*15. *& de clausura Religios. q.*2. *punct.*10. *diffic.*2. §.3. *num.*4. & Lezana *d. c.*2. *n* 9. *vers. ætas.*

21 Nam probationis annus esse debet annus à Republ. taxatus, atque, ut ab aliis declaratur, id quod communiter servatur in aliis negotiis, atque commerciis humanis. Unde in nostris temporibus, & nostra ætate anno 1582. quo tempore authoritate Summi Pont. Gregor. XIII. ab anno dempti sunt decem dies, hoc est à 5. die Octobris usque ad 16. ille annus debet integer reputari, nec in seq. expectandi sunt illi decem dies; quamvis enim non fuerit integer naturaliter & secundum cursum solarem, fuit tamen integer civiliter, atque politicè. Ita resolvit Fr. Ludov. Miranda *d. art.*3. *concl.*2. *in fin.* & plures Theologi, ac Jurisperiti apud Henriq. *lib.*13. *de excom. c.*40. *n.*2. *in com. litt. O*, quem citant Bonac. *d. punct.*5. *num.*14. Barth. à S. Fausto *d. lib.*5. *q.*162. novissimè Sanch. *d. tom.*2. *lib.*5. *c.*4. *num.*5. ubi extendit ad sacros Ordines, & ad quæcumque officia, & beneficia.

Et licèt hujusmodi annus probationis debeat esse 21
expletus cursu Solis, lapsuque dierum 365. præteritorum, tamen post factam non est computandus ab uno puncto, & instanti ad idem punctum, & instans, quia esset assertio nimis rigida, dum in postrema die anni emissam professionem non esse validam affirmat Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*3. *c.*413. *num.*22. quem refert & sequitur Camp. *d. c.*13. *n.*4. *in fin. rub.* 12. novissimè Diana *moral. resol. p.*5. *tract.*5. *resol.*18. quamvis ultimam anni diem non sufficere cœpisse, sed debere annum integrum de momento ad momentum impleri, post Fr. Emman. teneat Sanch. *d. tom.*2. *lib.*5. *c.*4. *num.*31. *in fine.*

Verùm in hac tertia impressione, re matura discussa, 23
à mea sententia discedere cogor, & ita securè teneo probationis annum de momento ad momentum esse necessariò complendum. *Primò* quia Concil. Trident. *d. c.*15. ponit initium computationis anni probationis, id est à die assumptionis habitus; & ubicunque lex requirit certum tempus incipiens ab aliqua die determinata, computari debet de momento ad momentum, *l.*3. §. *minorem, ff. de minoribus. Secundò* quia Concil. Trid. loquitur per verba, *per annum*, quæ adjecta implemento temporis significant perfectionem, juxta per me resoluta *in tract. de clausul. dict.*149. *n.*3. *&* 4. quibus, & aliis fundamentis hanc opinionem tuentur Jacob. de Graff. *tom.*2. *cons. lib.*3. *cons.*6. *n.*2. *de Regular.* Zanard. *in direct. Theol p.*2. *cap.*26. *num.*12. *vers. notandum*, Less. *de just. lib.*2. *c.*41. *dub.*7. *n.*59. Fr. Ludov. Miranda *in man. Prel. tom.*1. *q.*22. *art.*3. Suar. *tom.*3. *de Relig. lib.*5. *cap.*15. *num.*1. novissimè Fr. Barth. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad statum Religionis novitiis, disp.*11. *dub.*4. *à princ.* Nald. *in sum. verb. professio, n.*6. Villalob. etiam *in sum. tom.*2. *tract.*35. *diffic.*15. *n.*4. Diana *moral. resolut. part.*3. *tract.*2. *resolut.*57. Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. part.*3. *tract.*15. *c.*9. *q.*6. *in observat. vers. proinde*, me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *d. c.*108. *n.*20. Peregr. *in constit. Regularium cleric. p.*2. *c.*1. *litt. C*, §.6. Hieron. Roder. *d. resol.*101. *num.*38. Tambur. *de jure Abbatissar. disp.*9. *q.*9. novissimè me citato Novar. *in lucerna regul. verb. annus, n.*2.

Unde pari modo dicendum videtur, quod si novitius compleat probationis annum die 24. Februarii anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quæ etiam appellatur 24. id est 25. die: quare emittere non potest professionem nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarii præcedentis anni, in quo suscepit habitum; quia utraque dies pro una habetur in Jure, *l.*2. §. *minore, ff. de minorib. l. cùm bissextus, ff. de verb. signif. cap. quæsivit, eod. tit.* & hanc opinionem tenent. Fr. Emman. *d. tom.*3. *q.*15. *art.*4. *&* 5. Molin. *de Just. tract.*2. *disput.* 573. *vers. atque ut minori ætate*, Sanch. *de Matrim. lib.*2. *disput.*24. *num.*22. *vers. similiter credo.* Less. *d. num.*59. *vers. hinc sequitur*, Jacob. de Graff. & Fr. Ludov. Miranda *citatis locis*, Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.*4. *num.*5. novissimè D. meus Jul. Lavor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit. de Comitiis, cap.*6. *n.*16. Pereg. *d. litt. C*, §.7. Hieron. Roder. *d. resol.*101. *n.*49. Tamburin. *d. disp.*4. *q.*9. *n.*1. & novissimè *Sacr. Congreg. Concil. Trid. in una Patavina, de mense Junii* 1627.

nii 1627. censuit *non valere professionem respectu anni bissextilis cujusdam qui ingressus est Religionem 27. Martii, & die 26. ejusdem mensis sequentis anni, currente anno bissextili emisit professionem.* Annus enim probationis debet esse completus & integer, ut censuit *Sacra Congreg. Concil. die 1. Februarii 1631.* Novar. *d.verb.annus, n.4.*

13 Continuus debet necessariò esse hujusmodi probationis annus, neque sufficit quod sit interpolatus. Ita Navar. *cons.2. num.2. & cons.34. num.2. & cons. 36. num.1. & cons.42. num.2. & 4. sub tit. de Regularibus in antiq. & cons.9. num.2. & cons.32. num.4. sub eodem tit. in novis*, Sylv. *verb. Religio 5. quæst.4.* Henriq. *in sum. lib.13. cap.40. §.2. in medio*, Flamin. *de resignat. lib.3. quæst.13. num.11.* Fr. Emman. *in sum. tom.2. c.8. num.4. & quæst. Regul. tom. 3. quæst.15. art.8.* Campan. *d. rubr.12. cap.13. num.2.* Fr.Ludov. Mirand. *d. quæst.22. art.4. concl.unica*, Azor. *instit. moral. part.1. lib.12.cap.2. quæst.8.* Sanch.*d.lib.4.c.4.num.31.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. part.1. lib.3. cap.5. num.15.* Sorb. *verb. novitius*, ubi *de novitiorum professionis emissione,vers.secundò est.* Less. *de justit.lib.2. cap.41.dub.7. num.59.* Nald.*verb.Novitius, num.4.* Novissimè Diana *moral.resol.p.5.tract.5.resol.19.*Stephan. Gratian.*Marchiæ decis.35.num.3.in addit.* Soar.*tom.3.de relig.lib.5. cap.15.num.3.* me citato *in hoc loco*,Ciarlin. *controvers. forens.lib.1.cap.108.num.15.* Pereg. *d.litt.C, §.8.* Hieron. Roderic. *d.resol.101. num.42.* Tambur. *de jure Abbatissar.disp.4.q.8.num.3.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in novitiis ad religionis statum admittendis,disp.11.dub.3.num.1.* ubi *n.5.* ampliat ut hæc continuatio non solùm esse debeat per annum expletum, sed etiam usque ad professionem, ita ut completo anno, si novitius egrederetur Monasterium, & postea iterum rediret, professionem emittere non posset virtute præfatæ unius anni probationis, sed iterum inchoare deberet novitiatum, citans pro se Suar. *d. c.15.à num.8.* Contra Fr. Angel. & Sylvest. qui existimant non esse necessariam continuationem probationis cùm professione, & etiam contra Fr. Emman. *d. tom.3.q.15.art.16.vers. advertendum denique*, qui idem censet circa novitias Monialium. Ubicunque enim fit mentio de tempore, quando sumus in dubio, semper intelligitur continuum, nisi aliud specialiter lege cautum reperiatur, gl. *vers.sed hic notandum,in rub.de diverf.& temp.præsc.* Franc.Balb.*de præscript.1.p.4.princ. quæst.6.& ult. n.ult.* Ludov.Gom. *in reg. de annali possess.q.73. post princ. vers. nam lex noluit*, Franc. Pet. *cons.99.num.14.* Surd. *dec.189.num.1.* quos refert novissimè Joseph. Vela *juris controversi in Hispalensi Senatu lib.1. dissert.18.n.3.*

14 Tempora non conjungi in novitio pro complendo anno probationis, tenuerunt Abb. & Anch. *in cap. ad Apost.de regul.* Sylvest. *verb.relig.5.q.4.n.4.*

15 Aliàs enim per absentiam trium dierum à Conventu annus dicitur interrumpi, ex Navar. & Azor. docent Gallet. *in margarita casuum conscientiæ,verb.novitius* 2. Pereg.*d.litt.C,§.8.vers.quid*,Sanch.*d.cap.4.n.32.* Bart.à S.Fausto *d.lib.5.q.164.*Contra Less. *d.lib.2.c.41. dub.7.* existimantem paucorum dierum interpolationem non impedire.

16 Et ita professio Monachi ob non servatum annum probationis intra claustra monasterii, dicitur nulla, ut censuit Rota Rom. apud Farinac. *decis.173.n.1. tom.1.*
17 *part.1.recentior.* ubi *num.2.* quod † in hoc anno novitiatus non debent novitii extra monasteria vagari: quia, ut ibi dicitur, cùm annus probationis detur in subsidium humanæ fragilitatis, & in favorem tam novitii,quàm monasterii, ut & ille experiatur Religionis asperitates, & cum illis suas vires metiatur, & monasterium ejusdem novitii animum, & mores inspicere, & cognoscere possit, *cap. ad Apostolicam, de regular.* manifestum est, non satisfieri dispositioni Juris quamdiu procul à Regulari disciplina, & à Prælati oculis Novitius in domo paterna blandè & benevolè habetur, & forsan illis diebus, & noctibus, quibus extra monasterium degit, occurreret in Religione aliqua asperitas, quam ferre vel nollet, vel non posset, & propter quam decerneret non profiteri.

Ille verò qui de licentia sui Superioris, atque Prælati cum habitu aliqua justa de causa intra annum probationis extra monasterium egreditur, quamvis ibidem per aliquod tempus commoretur, non per hoc discontinuari dicetur annus probationis, imò verò potest licitè profiteri, & professio ab eo facta tenet. Ita Navar. *d. cons.82.num 4.& cons.41.num.3. de regul. & cons.10. num.3. de Clericis non resid.* Jacob. de Graffis *in aureis decis. lib.3.cap.5.post num.18.*Flamin. *d.q.13. num.12.* Gonzal. Mendez de Vasconcellos *diverf. juris argumentorum lib.2. cap.15.* Sayr. *decis.15. de regul.* Fr. Emman. *qq. regul. tom.3. quæst.15. art.8.* Fr. Ludovic. Beja *responsor.casuum conscientiæ p.4.casu ult. in fine*, Campan. *d.rubr.12.c.3.num.3.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast.dec.501.in 1.edit.& res.392.n.3. in 2. edit.* Armendar. *d.loco,num.13.* Stephan. Gratian. *in additionib. ad dec.35.n.2.& disceptat. forens.cap.66. num. 4.* Soar. *tom 5.de relig. lib 5.cap.15.num.3. cum sequentib.* Nald. *verb. novitius, num.4.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in novitiis ad religionis statum admittendis, disp.11. dub.3.* Diana *moral. resol. part.3.tract.2. resol.84.* me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *d.cap.108.n.24.* Bonacin. *de clausur.quæst.2.puncto 10. diffic.2.§.2.num.6* Hieron. Roder. *in compend. qq.regul. resol.101.num.44.* Tamburin.*de jure Abbatissar.disp.4. q.8.à num.1.* Fr. Ludovic. Miranda *d. q.12.art. 5. conclus. unica*, ubi *in fin.* resolvit hujusmodi licentiam ad exeundum posse tantum concedere ministros Provinciales, ipsis præsentibus, in ipsorum verò absentia, & quando facilis ad eosdem non habetur recursus, urgetque necessitas, id ipsum posse facere Guardianos, & alios Prælatos Conventuales, nisi aliqua ordinatione generali, seu provinciali, aut particulari mandato sibi fuerit interdictum.

Intellige supradictam resolutionem, quæ habet probationis annum non interrumpi, si novitius de sui Superioris licentia extra monasterium maneat cum habitu, ut procedat etiamsi hujusmodi licentia novitio illicitè, & sine rationabili causa concederetur, ut bene probant Suar. *tom.3. de relig. lib 5.c.14. num.14. post med.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.3. num.14.* Diana *d. resol.84.* Contra Navar. & alios requirentes justam causam; quia licèt Superior præstans indebitè licentiam peccet, ob talem tamen culpam non interrumpitur novitiatus.

Probationis anno expleto, si novitius desereret Religionem, & postea rediret, non egere novo probationis anno ad profitendum,tradunt Sylvest. *verb. religio 5. q.4.* Fr. Emman. *tom.3. q.15. articulo* 10. Bonacin. *d. puncto* 10 *diffic.2.§.2.n.4.* Barthol.à S. Fausto *d.lib.5. q.165.* ubi *q.166.* asserit per Conc. Trid. *d.c.15.* revocatum esse privilegium Julii II. concessum Minoribus, ut novitiatus interruptus possit continuari. Unde durante probationis anno, si novitia curandæ valetudinis causa de licentia Superiorum à monasterio exierit, & post revertatur, eodem tempore professionem emittere posse, ac si nunquam egressa fuisset, refert decisum Arm. *d.loco, num.13.*

Habitus Regularis à novitiis deferendus est de essentia,atque substantia anni probationis, & saltem hoc 29
tempore profiteri nullus poterit,qui existens in probatione non susceperit, & per annum detulerit habitum illius Religionis, quam intendit profiteri, ut probatur ex Concilio Tridentino *d. cap.15.* in illis verbis, ibi, *minori tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit*, ut optimè ex eo colligunt Azor. *d. lib.12.cap.2.quæst.9.* Fr. Emman. *tom.3. q.15. art.8.*

*art.*9.Sanch.*d.lib.*5.*cap.*5.*num.*29.Fr.Ludovic.Miranda *d. quæst.*22. *art.*6. *conclus. unica*, Fr. Barthol. de Vecchis *disp.*11. *dub.*7.*num.*1. D. Roder. à Cunha *ad c.*1. *num.*12. *distinct.*53. me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatissar. disp* 4. *quæst.*4. *num.*6. & ante eos tenuit Sylvest. *verb. Religio* 5. *q.*5. per gloss. *in cap.fin. verb. habitus*, 17. *quæst* 2. *& in c.super eo, de Regul.*
30 ubi dicit † probationem debere fieri in habitu monachali, & citat *cap. statuimus, eod. tit.* alioquin, inquit, non posset probare austeritatem monachalem, quæ magna ex parte in vestibus consistit: non est tamen de substantia anni probationis novitium induere habitum novitiorum ab habitu professorum distinctum, ut latè probant Suar. *tom.*3. *de religion. lib.*5. *cap.*14. *num.*10. Fr. Barthol. de Vecchis *d. disputat.*7. *dub.*7. *num.*3. Nonnullæ tamen Religiones habitum proprium non habent, ut non habet Societas JESU, cujus Religiosi ex usu regionis, in qua habitant, vestiuntur, Sanch. *in præcepta Decal. tom.*2. *lib.*6. *cap.*8. *num.*70. D. Roder. à Cunha *in d.cap.*1.*num.*13.*dist.*35. Portare enim habitum Religionis, est obligationis signum. S. Thom.2. 2. *q.*185. *art.*8. quem refert & sequitur Suar. *de Relig. tom.*4.*lib.*3.*cap.*17. *num.*9. quod adeò verum est, ut dicat S. Bonavent. *in speculo disciplinæ ad novitios, part.* 1.*tom.*7. usum habitus, prout habitus pro speciali signo Religionis accipitur, continuum esse debere, ut Religiosus Frater non sit vel modicum sine ipso, si necessitas evidens eum non cogat,& Sylvest.*in sum. verb. excommunicatio* 9.*num.*52. ait habitum adeò esse annexum ossibus Monachorum, quod in quocumque loco consistentes, sive in lecto quiescentes, constanter eo uti debent, per *c.vidua* 20. *q.*1. Unde Pistor. Gem. *lib.*2. *Carm. Cret.* refert mutationem habitus mutationis morum,& animorum argumentum esse. Habitus namque, inquit *Conc. Aquisgranense c.*125. singulorum Ordinum idcircò in Ecclesia Dei discreti sunt, ut his visis, cujus propositi sit gestans, vel in qua professione Domino militet, liquidò cognoscatur,& Card.Zabarel.*in Clem.*1.*num.*14.*&* 15. *de elect.* affirmat Religiones diversificari ex diversitate habitus, quod tradit Suar. *tom.*4. *lib.*1.*c.*1. *num.*6. & Tamburin. *de jure Abbatum tom.*1. *disp.*27. *q.*1. qui quidem habitus Religiosi debet esse secundùm regulæ suæ statuta. Sylvest. *verb. habitus,num.*1.*&* 3. Jacob.de Graffiis *in aureis decis.part.*1. *lib.*3.*cap.*5.*n.*71. & censetur substantialis, quem disponit regula.Suar.*d.tom.*4. *lib.*2.*c.*6. *n.*6. Et ubi figura, color, & materia vestium determinata sunt, peccaret mortaliter varians, vel mutans, nisi fieret mutatio parva, quæ non sit notabilis, ut in prolixitate, vel brevitate, in quantum talia non sunt omninò determinata sub præcepto, Alphons. Tostat.*in c.*1.*Matth.q.*23. nam transmutatio habitus sine justa causa absque apostasiæ incursu fieri non potest, Tamburin. *d.disp.*27.*q.*1. *n.*2. quod prius dixerat Joan.Andr.*de regulis juris reg.*88.*n.*3.

31 Hujusmodi probationis annus potest impleri ab eo, qui nondum expleverit annum 16. & vi talis probationis potest probatus admitti ad professionem, expleto 15. anno, prout tenent Navar. *cons.*36. *de regularib. num.*1. *in* 1.*edit. & cons.*20. *num.*1. *in* 2. *edit.* Azor.*instit.moral.part.*1.*lib.*12.*cap.*4.*quæst.*9.*in fin.*Henriq. *lib.*13. *de excommunic. cap.*40. *num.*2. *in fine.* Fr. Emman. *tom.*3. *quæst.*15. *artic.*1. *in fine*,Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. profiteri*; 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*18.*num.*385. *prope finem*, Sanch. *d. tom.*2. *lib.*3. *cap.*4. *num.*22. *in fine.* Et ideo ex hac, vel alia justa, seu rationabili causa potest prolongari novitiatus completo probationis anno, ex Less. *lib.*2.*cap.*41.*dub.*7.*num.*59. Suar. *tom.*3. *de relig.lib.*5.*c.*13. *num.*8. Fr. Barth.de Vecchis *d. disput.*11. *dub.*5. *num.*3. ubi *num.*4. post Cavalc. *cons.*12. *num.*1. subdunt differri non posse professionem illorum novitiorum,quos Superiores expleto probationis anno habiles invenerint, quia omnino admitti debent ad professionem.

Post Concil. Trident. nullus unquam potest profi- 32
teri, nisi post expletum suæ probationis annum, nec hujusmodi terminus, & probationis tempus, etiam ex consensu partium potest renunciari, aut remitti; quamvis enim hoc ipsum in Concil. Trident. *d. c.*15. non exprimatur, aut expressè sit prohibitum, colligitur tamen ex ipsius verbis, & eorum tenore, maximè ex illis, *professio antea facta nulla sit, nullamque inducat obligationem*, &c. Ita Navar. *cons.*33. *sub tit. de Regularib.* Beja *d. casu final.vers.tertiò*, Stephan. Gratian. *disceptat.forens.tom.*5. *c.*850.*num.*16. Fr. Bartholom. de Vecchis *d.disp.*11. *dub.*2. *num.*7. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.*3. *q.*15. *art.*7. Fr. Ludovic. Miranda *d. q.*22.*art.*7. *conclus. unica*, Pereg. *d. cap.*1. *litt.C*, §.11. D. Acunha *ad d.c.*1.*n.*22.

Ex privilegio Pii V. relato *in ejus Constitutione* in- 33
cip. *Summi Sacerdotii cura, sub dat.*23. *Augusti* 1570. quam refert Fr. Emman. *tom.* 3. *quæst.*15. *artic.*6. & Tamburin. *de jure Abbatissar. disputat.*4. *quæst.*6. *in princ.* concessum reperitur Monialibus novitiis Ordinis S. Dominici, ut si contigerit tempore novitiatus aliquam earum ex judicio Medici ab hoc sæculo transituram esse, professionem emittere posse non expleto probationis anno, in manibus Abbatissæ, seu Prioritissæ, vel alterius Superioris novitiarum illius monasterii, dummodo in legitima ætate sit constituta. At quia hoc privilegium est contra decretum Concilii Trident. *d. cap.*15. controvertitur inter Doctores, an sit abrogatum per Gregor. XIII. in quadam sua *Bulla* incip. *In tanta rerum, ac negotiorum mole*, relata ab eodem Fr. Emman. *in suis collect. privileg. in Bulla* Gregor.XIII. *Bulla* 83.ubi revocavit omnia concessa per Pium V. Ordinibus Mendicantium contra Concilii Trid.decreta. Quod sit abrogatum præfatum privilegium sustinent Emman. Sà *verb. religio*, *n.*56.Cruz *de statu relig. lib.*1.*cap.*8.*dub.*4. *& lib.*2. *cap.*3. *dub.*6. *conclus.*3. Fr. Barthol. de Vecchis *d. tract. disputat.*13. *dub.*11. *n.*4.

Attamen illud non esse abrogatum tenet Fr. Emman.*tom.*1.*q.*8.*art.*9.*& d.tom.*3.*q.*15. *art.*6. Henriq.*in sum.lib.*3.*c.*40. *n.*2. *& in commento litt. R*, Megal.1.1. *lib.*2.*c.*27.*num.*50. Lezana *in sum.qq.regular.c.*25.*n.*39. Diana *tom.*3.*tract.*2.*resolut.*17. Peirinis *tom.*3.*privileg. Ordin.Minim.c.*6.*num.*13. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*5. *cap.*4. *num.*16. Petr. de Ledesma *in summa*, *p.*2. *tract. del estado de los religiosos*, *cap.*7. *concl.*2. *diffic.*1. Beja *d. casu final.* ubi à principio probat professionem Novitii ante annum probationis factam in mortis articulo esse validam; teneri tamen, si convaluerit, & ex eà infirmitate non decesserit, complere postea integrum probationis annum, & professionem de novo emittere: & hujusmodi concessionem Pii V. asserit Fr. Ludovic. Miranda *d. quæst.*22. *art.*10. non esse revocatam per Gregor. XIII. *in sua Constit.* quæ incip. *In tantà*, quia revocavit quicquid concesserat Pius V. super statu & regimine Monachorum,& Sanctimonialium contra Jus,& contra decreta sancti Con-
cilii Tridentini. Nam potest dici *primò*, quod † non 34
est revocata quoad forum conscientiæ: vel *secundò*, quod Gregor. XIII. non loquitur de iis gratiis, & Indulgentiis,& maximè concessis in mortis articulo Monachis & Sanctimonialibus, sed etiam de aliis gratiis, & privilegiis spectantibus ad statum, & regimen eorundem Monachorum,aut ipsarum Monialium.Advertitque idem Fr. Ludovic.Miranda *dicto loco*, quod virtute hujus concessionis, & professionis sic factæ monasterium non potest succedere in bonis novitiæ sic professæ in præjudicium suorum hæredum, & aliorum venientium ab intestato. Quicquid teneat Tamburin. *d.disp.*4.*q.*6.*n.*19.*cum seqq.*

Convertitæ, eo ipso quod ingrediuntur monaste-
rium

rium, possunt emittere professionem, juxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non est sublata per illius decretum *sess.25. de regul. c.15.* eo quòd infrà *c.18. hac ead. sess.* præservantur earum Constitutiones: ergo multò magis hoc privilegium Pontificis. *S.Congr.Conc. sub die 11. Jan.* 1620.

35 Novitiis intra annum probationis licitum est è monasteriis exire, ut tenet Sylvest. *verb. Religio 5. q.8.* ubi etiam dicit, quod non tenentur solvere expensas factas sibi à monastio, per *c. non solùm, de Regularibus*, ibi, *aliquatenus impedire*, & quod egrediendo etiam sine licentia non incurrunt aliquam inhabilitatem ad Ordines, vel ad beneficia Ecclesiastica, juxta *c. postulasti, de regularib.* prout citat Fr. Ludovic. Miranda *d. q. 22.*
36 *art.8. conclus. unica.* † Novitiis sic nolentibus profiteri, sed à Religione volentibus egredi, sunt restituenda omnia bona, quæ tempore ingressus detulerunt in monasterium, nec quid minimum ex eis retinere valent Religiosi, quod ut rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellere poterit Superiores Regulares, prout statutum est in Concil. Trid. *sess.25. de regular. c.16.* in final. verbis, & declarant Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. moniales, §.3. & p.2. eodem verb. vers.11. pag.73.* Paul. Fusch. *de visitat. lib. 2. c.11. n.67.* ubi etiam addit quod si moriatur ante finitam professionem, remanent bona ipsi monasterio, nisi bona detulerit, vel expressè consignaverit alias tantummodo intrando, quia tunc succedent proximiores.

37 Egrediendo autem recuperant novitii omnia bona, Nav. *cons.1. de statu monach. in antiq. aliàs cons. 9. de success. ab intest. in novis*, Sayr. *in floribus dec. sub illo tit. de statu monach. dec.1.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. regulares, differ.8.* Campan. *in divers. juris Canon. rub.12. c.13. à num.125.* Azor. *dict. part.1. lib.13. c.9. quæst.2.* Bart. à S. Fausto *d. lib.5. q.190.* etiam feudalia, juxta veriorem sententiam, quam tenent Thomas de Marino *in tract. de feudis, lib.1. tit.2. de feudo ex pacto, & providentia, n.139.* Carolus Tapia *in repet. authent. ingressi, in verb. sua, cap.14. num.16.* Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. implorare, à numero 27.* Carol. de Graff. *in tract. de effectibus clericalibus, effectu 4. sub n.15.* & debet intelligi unà cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo in monasterio fuit. Ita Azor. *inst. moral. par.1. lib.13. c.9. q.2. post med.* quem refert, & sequitur Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Novitius 5.* quando scilicet novitius tenetur ea solvere alimenta, prout intelligitur à Sanch. *d. tom.2. lib.7. c.4. num.25.*

38 Dubium maximum in hac materia ventilari vidi in Sacra illustrissimorum Cardinalium Congreg. Sacri Concilii interpretum sæpe propositum, an scilicet Novitio egredienti habitus religiosus esset restituendus? In qua quæstione juxta supradicta resolverem omnes novitii vestes esse restituendas, propter verba illa, *omnia restituantur*, quibus utitur Conc. Trid. *d. c.26. in fin.*
39 † dictio enim, *omnis*, est universalis, ut citatis Juribus, multisque Doctoribus probo Ego ipse *in meis remissionibus de Diction. dict.207.* & qui omne dicit, nihil excludit, prout dictum est *in libello de princ. & locis communibus utriusque juris, litt.O, n.24.* Verùm *Sacra Congr.* censuit, *habitum religiosum exeunti non esse restituendum, ejus tamen pretium ei solvendum esse*, ut referunt me citato *in hoc loco*, Lezana *in sum. qq. Regul. c.25. n.38. vers. pro eisdem, in fine*, & novissimè Novar.
40 *in lucerna Religiosorum, verb. habitus, n.6.* † Si quis tamen decesserit intra hujusmodi tempus probationis, & dos soluta sit, est restituenda hæredibus, unà cum fructibus, si quos monasterium recepisset, deducto tamen victu, & vestitu: ita refert decisum Armendar. *d. loco, num.30.*

41 Circa Novitiorum informationes faciendas Sixtus V. *sua Constit.* quæ incip. *Sixtus Episcopus*, edita 6. *Kalend. Decemb. anno Incarnat. Dominicæ 1587. statuit, ac præcipit, ne illegitimi, aut debitis onusti, ratiociniis obligati, & scelerati, criminosi & facinorosi reciperentur ad Ordines, ac voluit de iis omnibus rebus in receptione eorundem Novitiorum, & antequam reciperentur, seu admitterentur ad habitum, fieri inquisitionem, & informationem: fuitque ipsius decretum ita rigidum, sive rigorosum, ut nullius juvenis, seu viri à sæculo ad Religionem transeuntis, majoris 16. an. receptio, admissio, & approbatio fieri poterat, nisi in Capitulo generali, seu Provinciali, & nisi prius per Prælatos, & Superiores Ordinis facta de eo fuisset informatio de rebus ibidem contentis, & hujusmodi informatio in Capitulo Generali, aut Provinciali præsentata, & approbata simul fuisset per Definitores. Postmodum verò videns, quod ex prædicta sua Constitutione innumera sequebantur inconvenientia, illam mitigare, atque modificare volens, in alia quadam, quæ* incipit *ad Romanum spectat Pontificem, statuit ut in qualibet Provincia saltem duo, & si commodè fieri posset, tria, aut plura deputarentur monasteria, quorum Superiores infra annum saltem congregarentur ad faciendam Inquisitionem super novitiis, & ad ipsos in religiosos suscipiendos, juxta formam sua præfata Constitutionis, & ad alia peragenda, quæ ibidem continentur. Et addidit, quod si paucitas, aut nimia monasteriorum distantia nec idipsum facere permitteret, saltem tribus antiquioribus Patribus unius monasterii, domus, sive Provincia hujusmodi facultas, & auctoritas per Capitulum generale monachorum, vel Provinciale Mendicantium, & reliquorum Regularium demandaretur, & concederetur:* & alia ad hoc propositum statuit, quæ *ibidem* videri possunt. Sed Gregor. XIV. amplius volens eandem Sixti V. Constitutionem declarare, & ampliare circa Novitiorum receptionem, novam quandam fecit Constitutionem, quæ incipit, *Circumspecta Romani Pontificis providentia*, quam refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.3. q.10. art.1.* ubi statuit, *ut Superiores monasteriorum de consensu sui Capituli, præhabita simul cum his, de quibus in unaquaque Religione, aut monasterio, juxta ejusdem constitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super iis, quæ in dictis constitutionibus continentur, ad eorundem Novitiorum receptionem procedere valerent, dum tamen antequam ad professionem admitterentur, plenariam de eisdem facerent inquisitionem, quæ plenaria informatio præsentaretur, examinaretur, & probaretur ab illis à quibus in prædictis monasteriis examinari, & approbari solent, ut* refert novis. Fr. Barth. de Vecch. *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novitiis, disp. 6. dub. 4. num.2.*

Juxta prædictas Constitutiones Sixti V. & Greg. 42
XIV. informationes Novitiorum debebant fieri modo supradicto, tempore verò Clem. VIII. *sua Const.* quæ incipit, *Arctissima paupertatis via, data 14. Aprilis 1592. concessum est Fratribus Minoribus de Observantia in Hispania tantùm, quod quocumque tempore, etiam extra Capitulum possent recipere Novitios, & juvenes ad prædictum ordinem venientes, de consensu quatuor Definitorum, vel de consensu quatuor Fratrum ex antiquioribus illius domus, in qua juvenes erant recipiendi. Concessum est etiam, ut coram Notario, vel per Fratres ad hoc muneris deputatos prædictam inquisitionem facere possent, vocando testes, & ab ipsis recipiendo juramentum,* de qua vide Fr. Emman. *in sum. p.2. c.4. n.3. & qq. Regul. tom.3. q.10. art.2. & 3.*

Ulteriùs idem Clem. VIII. *Const. sua* quæ incip. *In his, de anno* 1597. concessit *privilegium Conventui S. Stephani Salmanticensis, ut novitiorum informationes fieri possint, & debeant, vel coram Judice, & notario publico, vel coram aliquo alio Fratre ad id muneris deputato, absque omni strepitu judiciario, sed solummodo simpliciter, & de plano*: quod quidem privilegium licèt

tantum quoad Conventum S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum fuerit concessum, eo proculdubio fruuntur omnes in universum Religiones habentes privilegium communicationis, quale habent omnes Mendicantes, & si quæ sunt aliæ quæ similem habent gratiam, ut refert Fr. Barthol. de Vecchis *d. disput.4.dub.4.num.3.*

Professio igitur Monachi dicitur nulla, quando facta fuit non servata prædicti Sixti V. Constitutione, videlicet capta priùs diligenti informatione de parentibus, patria, vita, & moribus, eademque informatione relata, & approbata in Capitulo Generali, vel provinciali, prout resolutum fuit in sacra Rota Romana apud Farinac. *decis.173.num.3.4.& 5.tom.2.p.1. recentior.* me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *controvers. forens. tom.3.c.440. num.14.* Ego ipse *in Votis decisivis Canon. voto 15.num.44. cum seqq.* Vel etiam facta Novitiorum informatione, juxta prædictas Clem. VIII. Constitutiones, de quibus supra. Sic etiam nulliter professos, quia in eorum informatione non fuit servata forma præscripta à Sixto V. posse etiam post quinquennium reclamare, cùm eorum professio annulletur propter bonum commune Religionis, declaravit idem Sixtus V. in sua secunda Constitutione moderatoria, & declaratoria primæ, his verbis: *Sed cùm eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusvis Ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita professio quorumcunque Religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma Constitutionis servata fuerit*, refert Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.37.in 1.edit.& resol.550. in fine, in 2. edit.*

ALLEGATIO CII.

Episcopus circa Sanctimonialium clausuram quam habeat potestatem.

SUMMARIUM.

1 *Clausura Monialium quibus constitutionibus commendetur, ostenditur, & n.2.*

3 *Episcopi procurare debent, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausura monialium inviolabiliter observetur.*

4 *Moniales quæ privilegio, vel indulto Papæ sunt immunes, in iis quæ ad clausuram & spiritualium rerum curam pertinent, subjiciuntur Episcopis.*

5 *Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad observationem clausuræ, quoties ei videbitur expedire.*

6 *Moniales in civitate degentes, sed alieno Episcopo subjectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut aliæ Moniales subjectæ Regularibus.*

7 *Clausura si conservetur in monasteriis Monialium, quæ regularibus subduntur, videre debet Episcopus, nec ab ipsis Regularibus impediri poterit.*

8 *Episcopus non potest impediri quominus ingrediatur septa monasterii ipsis regularibus subjecti ad effectum videndi, si clausura servata sit, vel non.*

9 *Reprobatur opinio Fr. Ludov. Mirandæ.*

10 *Clausuræ mœnia si sint confracta, & facultates non suppeterent, fidelium eleemosynis restauranda sunt, vel monialium consanguinei ad hoc compellendi, & illis deficientibus, tunc compellendus erit is, cujus auctoritate fuit erectum monasterium.*

11 *Monialium clausura custoditur impediendo accessum ad ipsas Moniales, & colloquia cum eisdem.*

12 *Clausura Monialium ut sciatur qualiter sit custodienda, quæ sunt attendenda, ostenditur.*

13 *Monialium exitus è suis monasteriis quibus constitutionibus prohibeatur, ostenditur, & n.14.*

15 *Moniales an possint è monasteriis egredi ex aliis casibus ultra illos tres relatos in Constit. Pii V. pro parte negativa expenduntur fundamenta, & citantur Doctores.*

16 *Pro affirmativa fundamenta, & rationes adducuntur.*

17 *Filii licitè exhaeredari possunt à parentibus ex quatuordecim tantùm causis expressis, sed non excluduntur similes.*

18 *Donationes factæ ob solas quinque causas jure revocari possunt, quod etiam ad alias similes ex identitate rationis extenditur.*

19 *Dictio* tantùm, *quamvis excludat omnes casus præter expressos, non excludit tamen casus similes.*

20 *Moniales è monasterio egredi possunt in aliis infirmitatis casibus similibus illis tribus, de quibus in constitut. Pii V. si infirmitas omnibus præjudicialis sit.*

21 *Conservatio propriæ vitæ est de jure naturali, ubi periculum imminet mortis, non naturalis, sed violentæ.*

22 *Casus tres, quibus licet Monialibus è monasterio egredi, ex similitudine rationis extendi debent ad casus hostium invadentium, aquæductus, & ruinæ domus.*

23 *Incendium magnum, quo possunt moniales è monasterio egredi, tale debet esse, ut certum sit, aut saltem probabile, quod nisi moniales omnes statim è monasterio exeant, omnes sint simul morituræ.*

24 *Infirmitas lepræ, cujus occasione Moniales possunt è monasterio egredi, potest etiam extendi ad quamvis infirmitatem adeo contagiosam, quod si ipsius radix foris non ejiciatur, citò omnes ejusdem monasterii sorores inficiet.*

25 *Moniales ab uno monasterio in aliud possunt transferri causa novæ fundationis, correctionis, vel reformationis, pro cujus licentia obtinenda ad Sedem Apostol. est recurrendum.*

26 *Moniales quando transferuntur de uno monasterio in aliud permissu Sedis Apostolicæ, quomodo, & quando hujusmodi translatio sit facienda, ostenditur.*

27 *Moniales exeundi è monasteriis justam causam non habent, ut curam nepotum suorum gerant, etiamsi nullum propinquum haberent.*

28 *Moniales volentes exire è monasterio ob aliquem casum necessarium, à quo debeant obtinere licentiam, ostenditur.*

29 *Moniales è suis monasteriis exeuntes sunt excommunicatæ excommunicatione majori Summo Pontifici reservata, & in eandem incurrunt Prælati eisdem egrediendi licentiam quoquo modo concedentes.*

30 *Concomitantes Moniales è suis monasteriis egredientes, & recipientes eas incurrunt excommunicationem Papæ reservatam, nisi compassione quadam naturali in extrema necessitate id faciant.*

31 *Monialium monasteria ingredi prohibentur omnes cujuscunque sexus viri, ac mulieres habentes usum rationis, & discretionem ad peccandum.*

32 *Infantes discretione carentes absque peccato mortali admitti possunt ad claustra Monialium.*

33 *Constitutiones Greg. XIII. quibus revocat omnes facultates ingrediendi monasteria & domus Monialium referuntur*, & n.34.

35 *Sixtus quintus fecit revocationem omnium licentiarum quarumcunque ingrediendi Monialium monasteria.*

36 *Monialium monasteria intrantes sine licentia an incurrant*

incurrant excommunicationem comminatam contra ingredientes vigore aliquarum facultatum, ostenditur.

37 *Monasteria Monialium ex præsumptione intrantes prætextu aliquarum licentiarum sine ratione, & causa, vel à Summis Pontif. jam revocatarum, incurrunt excommunicationem comminatam contra ingredientes vigore aliquarum facultatum.*

38 *Monasterii septa non licet ingredi in casibus necessariis sine licentia Episcopi, aut Vicarii generalis speciale mandatum habentis.*

39 *Monialium Præfecta, si Superior longè absit, in casibus repentinis, sed tamen necessariis, potest licentiam concedere.*

40 *Episcopi consensus absque alia Superioris Regularis voluntate an sufficiat, ut possit aliquis ingredi septa monasterii Monialium exemptarum in casibus necessariis, ostenditur.*

41 *Superiores Regulares tantùm possunt concedere facultatem intrandi septa monasterii Monialium ipsis subjecta.*

42 *Episcopi ingredientes monasteria Monialium sibi non subjecta, sine licentia Superioris in scriptis, includuntur sub decreto* Concil. sess. 25. de Regular. cap. 5.

43 *Episcopi, & superiores Prælati sicut possunt alii facultatem concedere ingrediendi monasteria Monialium sibi subjecta in casibus necessariis, ita etiam & ipsi visitationis, aut alterius causæ necessariæ gratia intrare possunt.*

44 *Ministro Generali Fratrum Minorum an hodie, sicut olim, liceat ingredi monasteria Monialium S. Claræ, ostenditur.*

45 *Provinciales Ministri, atque visitatores quando possint intrare monasteria Monialium sibi subditarum, ostenditur.*

46 *Episcopus, vel alius superior, qui electioni Abbatissæ præesse potest, claustra monasterii ingredi non valet, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audire.*

47 *Vota Monialium earum monasteria ingredientes recipere possunt Prælati, quando prudenter judicaverint non posse fieri canonicam electionem ipsis non intrantibus.*

48 *Causa ad intrandum Monialium monasteria non requiritur quod sit strictissima, sed sufficit, quod sit necessitas quædam moralis, rationabilis, & manifesta.*

49 *Confessarii quibus in casibus, & pro quo tempore monasterii Monialium septa ingredi valeant, ostenditur.*

50 *Monialis cum vitam obit, an, & quibus in casibus liceat Sacerdoti ingredi claustrum, ostenditur.*

51 *Sepultura pro Moniali defuncta an possit aperiri sine peccato ab aliquo, qui ad hoc solum ingrediatur, ostenditur.*

52 *Medicus causa multum gravis infirmitatis, cum necessitas exegerit, potest ingredi Monialium monasteria.*

53 *Medici ut possint Monialium monasteria ingredi, non necessariò requiritur, quod sint Doctores, aut graduati, sed quod mederi sciant.*

54 *Tonsor ad emittendum sanguinem qualiter Monialium monasteria intrare possit, ostenditur.*

55 *Monialium monasteria officiales intrare possunt pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monasterium fieri non potest.*

56 *Sartores Monialium monasteria intrare non possunt.*

57 *Licentia in scriptis necessaria non est ad intrandum Monialium monasteria in casibus permissis, qui communiter solent occurrere.*

58 *Monialium clausuram intrantes pro aliquo permisso negotio, finito illo sub peccato mortali tenentur statim exire, quamvis possint per aliquantulum temporis amplius se detinere.*

59 *Confessio facta alicui de intrando monasterio Monialium, intelligitur de prima vice.*

60 *Monialium monasteria licitum est intrare mulieribus volentibus uti famulabus domesticis servitiis incumbentibus.*

61 *Moniales ancillas pro servitio communi habere non possunt, quibus licitum sit claustra intrare, & exire quando libuerit.*

62 *Puellæ educationis gratia, licet sacro vestitu induta non sint, possunt in monasteriis monialium retineri cum certis conditionibus.*

63 *Conditiones, quibus licitum est retinere puellas educationis gratia in monasteriis Monialium, referuntur.*

64 *Puellæ causa educationis in monasteriis Monialium recipi non possunt minores septennio, & majores vigesimoquinto.*

65 *Puella educationis gratia in monasterio Monialium recepta, si statim postquam præteriit vigesimumquintum annum non egreditur, nec ipsa, nec alia quævis incidit in excommunicationem.*

66 *Nuptæ mulieres quando possint in monasteriis Monialium recipi, ostenditur.*

67 *Viduæ ex licentia Episcopi non possunt Monialium monasteria ingredi, ut in habitu laicali ibi permaneant.*

68 *Matribus non potest licentia præstari ingrediendi monasteria Monialium ad invisendas filias morti proximas.*

69 *Monialium monasteria frequentantes qua pœna puniantur, ostenditur.*

70 *Frequentia alloquendi cum monialibus ex quibus vicibus inducatur, ostenditur.*

71 *Causa legitima alloquendi cum Monialibus non est occasio consanguinitatis.*

72 *Regulares cujuscunque Ordinis prohibentur accedere ad Monialium monasteria.*

73 *Regulares adeuntes monasteria Monialium absque Episcopi licentia, an incidant in excommunicationem quam Episcopus suo edicto posuit, ostenditur.*

74 *Censura per statutum, aut edictum Episcopale ipso jure adversus adeuntes monasteria Monialium, & cum illis alloquentes, an comprehendat accedentes ad exempta Regularibus subdita, ostenditur.*

75 *Episcopus imponens pœnam eunti ad monasterium suæ diœcesis, comprehendit tam subditum, quàm non subditum.*

76 *Licentia pro accessu ad Monialium monasteria exempta utrum petenda sit ab Episcopo, an à Superiore Regulari, ostenditur.*

77 *Litterarum, seu epistolarum missio ad Monachas an jure communi reperiatur prohibita, ostenditur.*

78 *Litteras scribens Moniali, & mittens, an incidat in censuram comminatam ab Episcopo adversus eunntes in monasteria Monialium, ostenditur.*

79 *Per epistolas cum absentibus tanquam præsentibus loquimur.*

80 *Vetitus loqui cum excommunicato, est insuper prohibitus nuncium, vel litteras illi mittere.*

81 *Mittens litteras ad Monialem non incidit in censuram comminatam adversus alloquentes cum illa.*

82 *Excommunicatio est pœna, quæ cùm sit lata contra euntes, & loquentes, non comprehendit mittentes.*

83 Cap. Clericus, 81. dist. *declaratur.*

84 *Malè agens odit lucem.*

85 *Fœminæ in virorum monasteria qualiter ingredi prohibeantur, ostenditur,* & n. 86.

87 *Monasterii nomine quid intelligatur.*

88 *Horti religiosorum qui subjecti sint clausuræ?*
89 *Sacristia quæ subjecta sit clausuræ?*
90 *Infirmaria non subjicitur clausuræ.*
91 *Mulierem medicam an liceat introducere in infirmaria pro curatione religiosi infirmi?*
92 *Licentiæ, & indulta ingrediendi à mulieribus Religiosorum Conventus revocantur.*
93 *Claustra Religiosorum an liceat mulieribus ingredi cum processione*, & num.94.
95 *Mulieres ingredi possunt Fratrum monasteria, quæ sunt in fieri; vel in quæ dum fabricantur, adhuc Conventus ad ibi morandum non fuerit introductus.*
96 *Reginæ, & fundatrices monasteriorum aliquorum Fratrum possunt ea ingredi absque incursu alicujus censuræ.*

1 CUM Sanctimoniales Deo Opt. Max. sint desponsatæ, & non hominibus, omninò studere debent quomodo Deo placere possint. Nam nil est quod oculos cœlestis sponsi magis delectet, quàm videre Virgines sibi desponsatas, ornatas iis monilibus, quæ tantas Reginas decent, ut meritò cum sponso possint dicere, *dilectus meus mihi, & ego illi.* Quare necesse est, ut in cœnobiis Monialium quæ Religiones ingressæ divino se cultui manciparunt, vetus disciplina integra perduret, & omni conatu Episcopi debent studere pro pastorali officio circa illarum clausuram, prout eis præcipit Sacrum Concil. Trid. *sess.25.de regularib. cap.5.* his verbis: *Bonifacii VIII. Constitutionem,* quæ incipit *Periculoso, renovans Sancta Synodus, universis Episcopis sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis Sedis Apost. authoritate clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, conservari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas quacunque appellatione postposita compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur Sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus magistratibus sæcularibus injungit.* Vide Victorel. *de origine & clausura monial.* §. *an Episcopus, pag.*33. novissimè Tamburin. *de jure Abbatissarum disp.*17.*q.*3.*n.*3.*cum seqq.*

2 Cujus Decreti omnimodam observantiam cupiens postea Pius V. Pont. Max. eadem de re Bullam quandam, sive Motum proprium edidit *anno Dominicæ Incarnat.* 1566. 4. *Kalend. Junii*, Pontificatus sui anno primo, & incip. *Circa Pastoralis officii*, ubi *in fine* ad propositum subdit: *Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ universis Venerabilibus Fratribus, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus, & diœcesibus propriis præsentes nostras litteras publicare faciant, ac in monasteriis Monialium sibi subjectis ordinario, in iis verò quæ ad Romanam mediatè, & immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostol. auctoritate, unà cum superioribus eorundem monasteriorum clausuram, ut præmittitur, quamprimùm potuerint servari procurent, contradictores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Ac ut hoc tam salutare Decretum faciliùs observetur, omnes Principes sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi, eisdem in remissione peccatorum injungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium Superioribus assistant, ac suum favorem, & auxilium præstent, & impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Præmissis Constitutionibus, & ordinationibus Apost. statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apost. approbatis & confirmatis, privilegiis quoque, indultis, litteris Apost. etiam in fundatione, & institutione eisdem Monasteriis, Domibus, & Monialibus, sub quibuscunque verborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis Decretis quibuslibet concessis, confirmatis, atque etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum validitatis nostræ Constit. tantùm derogamus, contrariis quibuscunque*, &c. Hanc Pii V. Constit. etiam confirmavit postmodùm Greg. XIII. *in alia sua Bulla*, sive motu proprio, *sub dat. Romæ anno Domini* 1572. 3. *Kalend. Januar.* Pontificatus sui etiam ann. 1. qui incip. *Deo sacris.*

3 Ex quibus clariùs patet, quantum procurare debent Episcopi, ut omnibus in monasteriis eisdem Episcopis subjectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apost. authoritate clausura Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituatur; & ubi inviolata est, inviolabiliter conservetur. Cochier *de jurisdict. Ord. in exemptos p.*2.*q.*45. *n.*15. *&* 81. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.*12.*c.*13.*n.*83.

4 Habet enim Episcopus jurisdictionem in Moniales, quæ privilegio, vel indulto Papæ sunt immunes, in iis quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent, ut refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.*2.*tit.*18.*l.*7.*de Relig.n.*95.

5 Et hujusmodi Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad observantiam clausuræ, quoties ei videbitur expedire: refert decisum Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. monialis* 3. & faciunt quæ Armend. *in dictis addit. lib.*1. *tit.*6. *l.*3. *de visitat. quoad Canonicos, num.*18.

6 Et si quæ sunt in civitate situatæ, sed alii Episcopo subjectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut aliæ Moniales subjectæ Regularibus, refert decisum Gallet. *verb. Moniales* 4. contra Sanct. *lib.*6. *c.*15. *num.*21. Fr. Ludovicum Mirandam *de sacris Monial.q.*2.*art.*14. *num.*3. Bonacina *de clausura religios.q.*1.*puncto* 6. existimantes non posse Episcopum ad clausuram cogere Moniales exemptas ab eis, nec illi licere intrare hujusmodi monasteria exempta, Prælatisque Regularibus subjecta, etiam prætextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu quo publicè constaret illam esse violatam.

7 Clausura hæc si non servetur in monasteriis Monialium, quæ Regularibus subduntur, videre debet Episcopus, nec ab ipsis Regularibus impediri poterit, quominus ea visitet, quoties id expedire judicaverit, refert etiam decisum idem Gallet. *verb. clausura* 1. resolvit Zerola *in praxi Episcop. p.*1. *verb. Moniales, q.*4. *&* 8. *vers.*3. me citato *in hoc loco*, Tambur. *de jure Abbatissar. disp.*24.*q.*9.*num.*4. me citato *in loco*, Novar. *in Lucerna regular. verb. clausura, num.*4. † Sicut etiam 8
nec ab ipsis poterit impediri, quominus ingrediatur septa monasterii ipsis Regularibus subjecti, ad effectum videndi si clausura servata sit, vel non: refert quoque decisum *die* 28. *Aprilis* 1584. Armendariz *in dictis addit. lib.*1. *titulo* 18. *l.*7. *de Episcopis, n.*44. novissimè *die* 26. *Maii hujus currentis anni* 1640. *Sacra Congregat. Eminentissimorum Cardinalium Concilii Trident. interpretum censuit, Episcopum Colimbriensem uti Sedis Apost. delegatum potuisse quoad clausuram monasteriorum monialium Conventus, & cellas Ordinis Cisterciensis Regularibus ejusdem Ordinis subjectarum visitare, etiam assumpto secum Vicario generali, & Confessario earundem Monialium, Monialésque ipsas*

ipsas in iis, quæ ad eandem clausuram pertinent, examini subjacere: semotis etiam suspicione violatæ clausuræ, & quacumque superiorum Regularium negligentia, ipsisque inconsultis, & irrequisitis: ac insuper eidem Episcopo licuisse Rectorem Collegii dicti Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare, & in pœnam excommunicationis, ac alias comminatas incurrisse. I. Card. Pamphilius. Ex quibus non ita facilè admitterem resolutionem Fr. Lud. Mirandæ *in tr. de Sacris Mon. q. 2.*
9 *art. 14. num. 3.* tenentis † non licere Episcopis intrare Monialium monasteria exempta, Prælatisque Regularibus subjecta, etiam prætextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu, quo publicè constaret ipsam esse violatam, nec in tali casu, nisi postquam eadem de re semel, & iterum admonuerint ipsarum Monialium Prælatos Ordinarios: fallitur enim ex supradictis, & principaliter ex decis. quam refert Armendariz *loco ult.* citatus. Quicquid etiam novissimè teneat Sanch. *in præcepta dec. tom. 2. lib. 5. c. 15. num. 21.* videlicet non posse Episcopum ad clausuram cogere Moniales exemptas ab eis, & subditas aliis Prælatis exemptis aliorum Ordinum. Nam Moniales omnes, etiam professæ Ordinum Militarium Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, clausuræ præcepto adstringuntur, ut colligitur ex Concil. Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 22. vers. hæc omnia*, & constat ex Motu proprio Pii V. incip. *Circa pastoralis*, ibi, *cujuscunque Ordinis, vel Militiarum, etiamsi Hierosolymitanæ sint*, Portel. *in dubiis Regular. verb. clausura, n. 1.* Navar. *tom. 4. de Regularibus, n. 44. art. 2. & 3.* novissimè Novar. *de elect. & variat. fori, sect. 2. q. 79. n. 26. in ult. impress.* Lezana *in sum. qq. Regular. p. 1. c. 25. n. 17.*

Item eodem clausuræ præcepto tenentur Moniales illorum monasteriorum, à quibus ante Concil. Trid. nunquam admissa, aut servata fuerat. Navar. *d. comm. 4. n. 45. vers. 8.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib 13. c. 8. q. 1. vers. ex his planè.* Fr. Emman. *d. q. 44. art. 2.* Item ad eandem tenentur clausuram Moniales Conversæ, & Tertiariæ, sive de pœnitentia, cujuscunque Ordinis, vel congregationis sint, si utræque verè professæ sint, ex dicto Motu proprio Pii V. Navar. *d. comm. 4. n. 45.* Fr. Emman. *d. q. 44. art. 7.* Llamas *in methodo curationis, in append. §. 1. ad finem*, Sanch. *d. c. 15. n. 13.* Fr. Ludov. Miranda *de Sacris monialib. q. 1. art. 3. & 5.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 17.* Bonacin. *de clausura Relig. q. 1. punct. 2. num. 2.* ubi *num. 3.* cum Suar. *d. cap. 8. num. 16.* advertit, novitias non teneri ad clausuram: & *num. 4.* tenet illas fœminas, quæ non sunt verè Moniales, non teneri ad clausuram, etiamsi aliqua simplicia vota emittant, novissimè Gregor. XV. *in sua Constit.* de exemptorum privilegiis, incip. *Inscrutabili, sub dat. Nonis Februarii 1622.* ubi inter alia circa hanc materiam in hæc prorupit verba: *Ad hæc tam Seculares quàm Regulares hujusmodi nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum Monialium etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostol. delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Super qua *Sacra Illustrissimorum Cardinalium Congregatio Concilii Trident. interpretum postea censuit illam in suprascriptis verbis habere locum in omnibus delictis; non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.*

Quid veniat appellatione clausuræ in hac materia, tractant Comitol. *resp. moral. lib. 6. quæst. 3.* Suar. *tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 6.* Bonac. *de clausur. q. 1. punct. 1.* latè Tamburin. *de jure Abbatiss. disp. 18. q. 1.* breviter, sed dilucidè declarat Lezana *in sum. qq. Regular. c. 25. num. 18.* his verbis, *Locus clausuræ, ex quo prohibitum est Monialibus egredi, est totus ille ambitus monasterii, qui janua interiori clausa continetur. Unde si ultra interiorem januam exeant ad Ecclesiam, vel ad alia loca, ubi seculares intrant, clausuram violant. Ratio est, quia ita habetur in Bulla Gregorii XIII. superius adducta.* Nav. *comment. 4. num. 44. not. 4. de Regular. & lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de Regular. cons. 66.* Rodriguez *tom. 1. qq. Reg. q. 44. art. 3. Unde si Monialis ascendat supra tecti tegulas supra eam partem, quæ monasterium respicit, aut egrediatur ex aliqua domo privata, in qua sive juste, sive injuste è monasterio egressa commoratur, non fregit clausuram, eo quod hoc non est egredi è monasterii ambitu*, Nav. *ibidem*, & Sanch. *lib. 6. in Decalog. c. 15. n. 7. & 9. Ingredi tamen domos monasterii contiguas, etiamsi in illis solum sint aliquæ fœminæ servitio monasterii deputatæ, est clausuram violare, propter contrariam rationem, scilicet quia hoc est egredi è monasterii ambitu.* Nav. *de regular. commento 4. num. 4.* Bonac. *de clausur. q. 1. punct. 1. Idem dico propter eandem causam de ingressu in Ecclesiam exteriorem, ad quam scilicet secularibus patet accessus.* Bonac. *ibidem*, Gavant. *in man. Episcop. verb. Monialium clausura, num. 10. cum seq. Quid porrò sentiendum de Moniali, quæ se ponit in Rota, & facit illam volvi versus partem externam, ubi non est clausura, ipsa tamen non egreditur è Rota? Probabile sanè est non violare clausuram, quia non egreditur ex ambitu, sed se habet ac si esset in ipso ostio clausuræ.* Diana *tract. 2. de dub. regul. resol. 22. ubi etiam an in hujusmodi violatione clausuræ possit dari parvitas materiæ?* Hactenus Lezana.

10 Operari igitur debent Episcopi, ut clausura ipsa circumsepta sit, & munita altis mœnibus, excelsisque undique parietibus, claudaturque una tantum, si fieri potest, porta, eaque clave, & ferro munita sit: si verò mœnia clausuræ confracta sint, & Monasterii facultates non suppeterent, fidelium eleemosynis restauranda essent, aut Monialium consanguinei ad id cogerentur, perdurat enim consanguinitatis vinculum, remanetque obligatio illas conservandi in debita honestate, ut inquit Isidor. Moscon. *in suo tract. de militanti Ecclesia, p. 4. lib. 1. cap. 4. vers. c. primò itaque considerandum*, & facit text. *in cap. si quis dereliquerit, 30. distinct.* Quod si inopia laborarent consanguinei præfati, illum compellendum esse subjungit illic Moscon. cujus auctoritate, vel potius voluntate fuit erectum monasterium, quoniam prævidere debebat hujusmodi necessitates futuras: cui resolutioni opitulatur Petr. Gregor. *in tract. de benefic. c. 5. n. 2. & 3.* ubi multa utilissima congerit.

11 Ad auctoritatem Episcoporum in custodienda Monialium clausura pertinet impedire accessum ad ipsas Moniales, & colloquia cum eisdem, necnon ingressum intra septa monasterii, & illarum egressum è monasteriis, juxta dispositionem Concil. *d. c. 5.* in hæc verba: *Nemini autem Sanctimonialium liceat post professionem exire è monasterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & privilegiis non obstantibus. Ingredi autem intra septa Monasterii nemini licet cujuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia inscriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantùm Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, nec aliius ullo modo possit, etiam vigore cujuscunque facultatis, aut indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.*

12 Præfata autem clausura, ut sciatur qualiter sit custodienda, duo attendenda adverto, & dilucidè explicanda, primum qualiter ipsarum exitus è suis monasteriis prohibitus, & quibus permissus? Secundum aget de ingressu in ipsarum monasteria prohibendo, & quando permittendo.

13 Quod attinet ad primum, habemus expressam de hoc prohibitionem Bonifacii VIII. *in c. periculoso, de statu Regul. lib. 6.* in hæc verba: *Præsenti Constitutione perpè*

perpetuò irrefragabiliter valitura sancimus, universas & singulas Moniales præsentes, atque futuras, cujuscunque Religionis sint, vel Ordinis, in cujuslibet Mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura: ita quod nulli earum Religionem tacitè, vel expressè professæ, sit vel esse valeat quacunque ratione, vel causa (nisi fortè tanto, & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo, seu scandalo commorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, &c. Hæc eadem Bonifacii VIII. prohibitio innovatur in Concil. Tridentino *d.c.5.* verbis proximè citatis *num.1.* Pius idem V. *dicta sua Constit.* incip. *Circa Pastoralis*, de ann. 1566. prædictam Bonifac. VIII. Constitutionem & Concil. Tridentini decretum renovat his verbis: *Hac igitur perpetuò valitura Constit. inhærentes etiam Constitutioni felicis recordat. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri*, quæ incip. *Periculoso, & decretis Concilii Tridentini super clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica statuimus tenore præsentium, atque perpetuò decernimus universas, & singulas Moniales præsentes atque futuras, cujuscumque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, etiamsi Hierosolymitanæ sint, quæ vel in posterum in quibusvis Monasteriis, sive domibus recipientur, tacitè, vel expressè Religionem professæ, etiamsi Conversæ, aut quocunque nomine appellentur, etiamsi ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec unquam in earum monasteriis, seu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea servata fuerit, sub perpetua in Monasteriis, seu domibus de cætero debere permanere clausura, juxta formam dictæ Constitutionis felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri*, quæ incip. *Periculoso, in Sacro Concilio Tridentino approbatæ & innovatæ, quam nos auctoritate prædicta etiam approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam districtè observari mandamus. Quod si aliquæ Moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione regulæ suæ factæ animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarii unà cum Superioribus earum, omnibus juris, & facti remediis compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundam dictam clausuram, & perpetuò observandam. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cujuscunque Ordinis fuerint, in Congregatione viventes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut solenne votum emiserint, ad clausuram præcisè, ut præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solemne non emiserint, Ordinarii unà cum Superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, ut illud èmittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subjiciant. Quod si recusaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint scandalosè vivere, severissimè puniantur. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausuræ vivere omninò volentibus interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorsus in suum ordinem, religionem, congregationemve recipiant. Quod si citra hujusmodi, ac nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, ac receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus, & annullamus.*

Deinde anno 1569. idem Pontifex Pius V. aliam edidit Constitut. quæ incip. *Decori*, ubi severiùs prohibet exitum Monialium è monasterio, his verbis. *Volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium, etiam Carthusiensium, Cisterciensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum Ordinum, etiam Militarium, & status, graduum, conditionum, dignitatum, & præeminentiarum, etiam à regia, vel illustri prosapia ortarum de cætero infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum eis subjectorum, aut domorum, parentum, aliorumve propinquorum visitandorum, aliâve occasione, & prætextu licere exire, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ aut epidimiæ: quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit, à monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quàm ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, sive laicas, ac sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo, statim eo ipso, absque aliqua declaratione subjacere. A qua præterquam à Romano Pont. nisi in mortis articulo absolvi nequeant. Et insuper tam egressas, quàm Præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus obtentis privamus, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles reddimus. Et deinde facit quoque irritas licentias, & facultates, & privilegia, sive indulta exeundi è monasteriis, standi extra illa à se, & ab aliis Pontificibus, aut Sedis Apostolicæ Nuntiis & Legatis, etiam de Latere, aut Majori Pœnitentiario, aut Ordinum prædictorum Superioribus, aliisve personis concessa sub quibuscunque tenoribus, & formis, & quibuscunque clausulis, etiam insolitis, etiam in cujuscunque personæ favorem, etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium. Deinde præcipit Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ut in suis diœcesibus has litteras quolibet anno promulgent, & omnia observari faciant, juxta prædictum Concilii Tridentini decretum, & Constitutionem Bonif. VIII.* &c.

Prædicta Bonifacii VIII. Constitutio, de qua *in dicto c. periculoso*, innovata per Concil. *d.c.5.* unicum tantùm excipit casum, sive causam, ob quam licitè fieri potest exitus è monasteriis Monialium, scilicet cùm tanto, ac tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo, seu scandalo commorari. Et Pius V. *in dicta sua Constit. de anno* 1569. id ipsum, ut videtur, aliquantulum ampliavit, permittendo, ut licitè inde fieri possit exitus in tribus casibus, vel ob tres causas, nempe ob incendium, infirmitatem lepræ, atque infirmitatem epidimiæ. Ex quibus dubium maximum oritur, an scilicet supradicti tres casus, de quibus loquitur Pius V. *dicta sua Constit.* extendantur, sive extendi possint, & debeant ad alios similes? In qua quæst. negativa pars ex eo suadetur, quia Pius V. *in sua Constit.* primò ponit generalem regulam strictè prohibitivam cujuscunque egressus Monialium è suis monasteriis, quam etiam expressè extendit ad casum cujuscunque infirmitatis, in illis verbis, *etiam infirmitatis*, &c. & postea excipit tres supradictos tantùm casus à regula prædicta negativa, ponitque excommunicationem ipso facto, aliter quàm ut præfertur egredienti, seu licentiam exeundi quoquo modo concedenti, necnon, & quod amplius est, concomitantibus ipsas, & privationem omnium officiorum, administrationum, & dignitatum, &c. prout latiùs ibi continetur: ergo non est dicendum ullo modo contrarium. Quam quidem opinionem tenent Collect. *compend. Mendicantium verb. clausura monialium, num.5. vers. quæritur utrum Minister generalis*, Zerola *in praxi Episcopali part.1. verb. Moniales*, §.16. *vers. secundò, & part.2. eodem verb. in fine*, ubi dicit sic declarasse *Sacram Cardinal. Congreg.* quod etiam refert addit. ad Navar. *consil.70. in fine, sub tit. de Regular.* Fusch. *de Visitat. lib.1. cap.18. num.17.* Cacheran. *consil.22. num.7. & seq.* Boll. *in æconom. Canon.*

classe

classe 3. cap. 4. num. 10. Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 14. *per totum*, Cened. *ad Sextum collectan.* 31. *n.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 545. *in prima edit. & resolut.* 541. *in secunda edit.* sequitur contrariis respondens Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tract. de Sacris Monialibus, q.* 3. *art.* 1. & ab ea non esse recedendum attenta Pii V. Constitutione dicit Campanil. *rubr.* 12. *c.* 10. *n.* 22.

16 Verùm in contrariam, scilicet affirmativam potius inclinarem opinionem, ex multis, & validioribus, quibus innititur rationibus: nam si Extravag. Bonifacii VIII. *in dicto cap. periculoso*, unicum dumtaxat excipiebat casum, per prædictam Pii V. extensa, atque ampliata est ad tres in eadem sua Constitut. contentos, nempe ad casum magni cujusdam incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ: quid igitur obstat, quominus eadem omninò prorsus existente ratione, prædicta Pii V. Extravagans etiam amplietur, & extendatur ad alios casus similes? Confirmatur à simili.

17 † Quatuordecim in Iure tantummodo exprimuntur, atque enumerantur causæ, ex quibus filii licitè exhæredari possunt à parentibus, ut habetur *in authent. non licet, C. de liberis præter. & in authent. ut cum, de apellat. cognosc.* §. *aliud quoque capitulum*, ibi, *ut præter ipsas nulli liceat, collat.* 8. quas enumerant Cardos. *in praxi judicum, verb. pater, num.* 8. Molina *de just. tract.* 2. *disputat.* 175. & adhuc nihilominus patres ex aliis similibus causis exhæredare possunt filios suos, ut in specie tenent Palat. *in repet. rub.* §. 16. *num.* 10. & §. 20. *num.* 15. Covar. *in cap. Raynutius, in princ. num.* 16. Gom. *tom.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 12. Gregor. *lib.* 8. *verb. otra razon. tit.* 7. *part.* 6. Cost. *in* §. *& quid si tantum, part.* 3. *num.* 173. Monoch. *de arbitr. casu* 130. *n.* 4. *& casu* 267. *num.* 5. *& consil.* 150. *num.* 28. Perez *l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *pag.* 631. *& lib.* 5. *Ordin. tit.* 2. *pag.* 70. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 53. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 19. *& quæst.* 64. *num.* 20. *& tit.* 7. *quæst.* 1. *num.* 4. *cum sequentib.* Navar. *commento* 4. *de Regularib. num.* 48. Cald. Pereira *de empt. c.* 14. *n.* 23. Cardos. *dict. verb. pater, numero* 9. Molina *dict. disputat.* 176. *vers. dubium deinde est.*

18 Similiter † & donationes factæ ob solas quinque causas Jure revocari possunt, juxta *l. fin. C. de revoc. donat.* & tamen glos. ibi communiter recepta, *verb. volueris*, tenet etiam ob alias similes posse revocari, ut latissimè tradunt Clar. §. *donatio, quæst.* 21. *num.* 2. *&* 3. Ant. Gom. *variar. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. Molina *dict. tract.* 9. *numero* 32. Surd. *de alimentis, tit.* 1. *q.* 48. *& tit.* 8. *privil.* 61. *num.* 4. Cevall. *communium contra communes, quæst.* 352. Rebel. *de oblig. Iustit. parte* 2. *lib.* 18. *q.* 9. *num.* 9. Less.

19 *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 104. † Sic denique quamvis dictio *tantum*, excludat omnes casus, præter expressos, & contineat negationem quoad alios, ut per *l. qui aliena,* §. *libertos, ff. de negotiis gestis*, & plures quos Ego ipse refero *in meis remiss. de diction. dict.* 349. *numero* 3. Non excludit tamen casus similes, ut notant glos. *in l. ob as, C. de præd. minor. & in l. si mora, verb. dumtaxat, ff. soluto matrimon.* & tenent plures citati à Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disputat.* 31. *numero* 4. *& à meipso d. dict.* 349. *numero* 5. idem dicendum erit in proposito, nempe quod tres exceptiones supradictæ propositæ à Pio V. *in dict. sua Constitut.* extendi, & ampliari possunt etiam ad alios casus similes. Quare meritò ita resolvunt Navar. *d. commento* 4. *de regularib. n.* 48. *& in cap. statuimus,* 20. *q.* 3. *numero* 49. Fr. Emman. *tom.* 1. *quæst.* 33. *artic.* 3. *paulo post princip. & artic.* 5. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *quæst.* 1. *vers.* 3. Joan. de la Cruz *de statu religionis, lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 4. *vers. an verò liceat.* Llam. *in methodo curat. in append.* §. 10. Marcel. Vulpe *dict. cap.* 4. *numero* 11. Lezana *dict. cap.* 25. *num.* 20. *vers. probabile etiam*, Bonacin. *de legib. disput.* 1. *q.* 1. *puncto* 3. *num.* 19. novissimè Tamburin. *de jure Abbatissarum disp.* 20. *quæst.* 3. Diana *moral. resol. p.* 2. *tractat.* 1. *miscel. resol.* 23. novissimè hanc partem multis defendere conatur Soto medicus Matritensis *in discursu medicolegali, Hispanica lingua conscriptò, por que causas de infirmidad. pueden las Monjas salir de sus Conventos*, Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *numero* 37. me citato *in hoc loco*, Bonac. *de clausura Relig. q.* 1 *puncto* 9. *n.* 6. & Novar. *in Lucerna Reg. verb. clausura, n.* 12. *cum seq.*

Quamvis aliqui ex prædictis DD. indistinctè teneant 20
licere Monialibus exire propter alias causas iis affines, quas Pius V. expressit, exemplum afferentes, si bellum ingruat, quod Moniales ad exitum compellat, vel si Monialis ab aliis eligatur, ut earum cœnobio præsit, aut denique si morbum habeat periculosum, qui licèt aliis contagione non obsit, est tamen talis, ut medici judicent esse alioquin morituram, nisi exierit. Ego tamen primum admitterem exemplum, aliis rejectis, quia juxta prædictæ Const. verba extendendi sunt tantummodò illi tres casus Moniales omnes tangentes, & concernentes, ita ut nisi è monasterio exeant, statim videantur morituræ, ad alios similes casus ejusdem qualitatis morbi, & periculi omnibus præjudicialis, non sic in occurrentibus casibus particularibus, qui simile periculum, sive contagionem non habent, sed respiciunt particularem utilitatem alicujus Monialis infirmæ, quæ ipsarum cœnobium non transcendit; nam revera non sunt similes nisi pertineant, & spectent ad bonum, seu potius ad evitandum damnum monasterii, & totius Communitatis: & hæc fuit proculdubio prædicti Summi Pontificis mens & intentio, ut attentè ipsius verba consideranti facile erit colligere.

Nec obstat argumentum adductum à Navar. *d. n.* 49. 21
quo probare intendebat sub illis tribus casibus à simili comprehendi morbum Monialis periculosum, propter quem medicorum judicio proculdubio esset moritura nisi exierit, quamvis aliis contagione non obsit, & sic arguebatur: Conservatio propriæ vitæ, naturalisque defensio est de Jure naturali, neminique videtur tollenda, juxta *Clement. pastoralis,* §. *cæterum, de re judic. & l. vi vim, ff. de justit. & jure*: ergo in proposito casu licitum erit Moniali prædictæ, de qua est sermo, è monasterio exire, neque in contrarium ullâ lege, præcepto, seu statuto potest cogi, aut obligari. Respondetur tamen, si adhuc verum est, quod conservatio propriæ vitæ est de Jure naturali, naturalisque defensio nemini debeat denegari, procedere ubicunque periculum imminet mortis, non naturalis, sed violentæ; non tamen id usquequaque verum habet, ubi mors violenta non est, sed naturalis, & quæ ortum habet ab ægritudine naturali; nam in tali casu probabilissimum est conservationem propriæ vitæ non semper esse licitam, nec vitam propriam in omnibus casibus adeo esse observandam, & maximè à viris religiosis, qui propter Deum suam abnegarunt voluntatem, atque, ut videtur, prædicto jure se privaverunt. Quare Moniali non posse licentiam concedi claustro egrediendi causa medendi morbo ita periculoso, ut desperaretur salus eâ non egressa, nisi morbus adeo contagiosus esset, ut in reliquas serperet, tenent Gut. *canon. lib.* 1. *c.* 14. *à n.* 7. Cened. *ad Sextum collect.* 21. *n.* 2. Hieron. Roder. *res.* 6. *n.* 50. Bonacina *d. q.* 1. *puncto* 9. *n.* 18. Zerola *in praxi Episcop. part.* 2. *verb. Moniales, in fine*, Fr. Miranda *de sacris Monialib. q.* 4. *art.* 4. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 49. *art.* 3. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 36. me citato *in hoc loco*, Tamb. *d. disp.* 20. *q.* 3. hanc partem probabiliorem, me citato *in hoc loco*, dicit novissimè Dian. *moral. resol. p.* 3. *tract.* 3. *resol.* 137.

Contra Navar. *comment.* 4. *de Regularibus, n.* 49. *&* 50. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 9. Laurent. de Peirinis *tom.* 3. *privil. in addit. ad constit. Pii V. cap.* 6. *not.* 3. existimantes posse moniali licentiam concedi claustro egrediendi causa morbo ita periculoso medendi, ut desperaretur salus, eâ non egressa.

Nec etiam ex simili ratione posse Abbatissam è monasterio exire, ut visitet ædificium Ecclesiæ, num sibi placeat, vel ut cæmentariis significet qua forma construendum sit, asserunt Sanch. *d. c.* 15. *n.* 32. Bonacin. *d. q.* 1. *punct.* 9. *n.* 3.

22 Quare prædicti tres casus ex similitudine rationis extendi possunt ad casus hostium invadentium, aquæductus, aut ruinæ domus, vel alios similes nocivos communitati Monialium, ut bene asserit Fr. Joan. de la Cruz *d. dub.* 4. *vers. an verò liceat*, & cum aliis resolvit Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 44. Unde posse Moniales tempore belli è monasterio exire, seque in locum recipere, dum bellum contra hæreticos, aut infideles geritur, periculumque est, ut nisi Moniales monasterio egrediantur, gravi damno afficiantur, resolvunt Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. *ad med. vers. tertiò quæres*, Gutier. *d. c.* 14. *n.* 9. Navar. *d. commento* 4. *n.* 48. Sanch. *d. c.* 15. *n.* 44. Bonac. *de clausura Relig. q.* 1. *punct.* 9. *n.* 7. contra Zerolam *verb. Moniales*, §. 16. *dub.* 2.

23 Circa explicationem verò illorum trium in dicta Constitut. Pii V. contentorum, sciendum sub nomine *incendii magni*, intelligi incendium ita magnum, & evidens, ut certum sit, aut saltem probabile, quod nisi Moniales omnes statim è Monasterio exeant, omnes sint simul morituræ, atque consumendæ præ nimia exustione ignis. Sub nomine verò *infirmitatis, lepræ*, intelligi infirmitatem quandam contagiosam, quod si ipsius radix & origo foras non ejiciatur (hoc est Monialis hujusmodi morbo infecta) citò omnes Monasterii ejusdem sorores inficiet, proindeque cunctæ periclitabuntur, & prædictam lepram debere esse notabilem, ac talem, quod si persona esset sæcularis, jure possit extrahi de populo, & mitti ad domum aliquam in campo
24 separatam. † Sub nomine denique *infirmitatis epidimiæ*, quantum ad præsens attinet propositum, intelligi morbum quendam pestiferum, similiter atque eadem ratione contagiosum, communitati præjudicialem, & perniciosum, qui populariter grassetur in populo, majoremque ægrorum partem interimat. Sic explicant Læl. Zech. *de Republ. Eccles. tit. de Regular. c.* 3. *num.* 15. *vers.* 9. Navarr. *comm.* 4. *de regular. n.* 48. *not.* 4. Gutierr. *d. cap.* 14. *num.* 8. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 49. *art.* 4. *vers. ex his*, Sanch. *dict. cap.* 15. *à num.* 33. optimè Fr. Ludovic. Miranda *dict. q.* 3. *de clausura Monialium in particulari, artic.* 5. Lezana *dict. cap.* 25. *num.* 20. & de hoc refert Diana *d. part.* 2. *tract.* 1. *misc. resol.* 23. decretum *Sacræ Congreg.* tenoris sequentis, videlicet: *Sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trident. interpretum supradicta opinionum varietate, singularumque rationibus diligenter perpensis declinavit in sententiam Doctoris Ludovici de la Valle medici Cameræ Hispaniarum Regis, cujus in responso à se edito zelum & prudentiam in assequenda Sanctæ mem. Pii V. mente plurimùm in Domino commendavit, ejusdem Pii V. Constitutionem de clausura Monialium loquentem, nomine epidimiæ eam tantum epidimiam intelligere, quæ est vera, & realis pestis, ita ut ob alias infirmitates huic aliquo pacto consimiles, sed tamen benigniores, etiamsi epidimiæ nuncupentur, nullo pacto Monialibus professis ex monasterio exire liceat, atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari mandavit.* Joan. Garcia Card. Millinus.

25 Quæri opportunè potest, an Moniales de licentia Superioris valeant transire de uno monasterio ad aliud, vel causa novæ fundationis, vel correctionis, vel reformationis, vel perfectionis, ita ut hujusmodi casus comprehendãtur sub illis tribus exceptis in dicta Constitut. Pii V. Et videtur dicendum, quod sic, juxta supradicta; nam hujusmodi casus totam concernunt communitatem Religionis, & non particularẽ utilitatem alicujus Monialis, cùm exeant ad plantandum, vel ædificandum aliquod monasterium, reformandamque eandem Religionem, ob quam causam hanc sententiam tenent Navar. *in d. c. statuimus, n.* 48. & *cons.* 57. *n.* 6. *de Reg.* Fr. Emm. *quæst. reg. tom.* 1. *q.* 49. *art.* 5. novissime Sanch. *in præcep. Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 15. *à n.* 46. Portel. *in dubiis regul. verb. clausura monialium, n.* 20. & 21. Diana *tract.* 2. *de dub. reg. resol.* 99. & 127. Castellin. *de elect. c.* 17. *n.* 6. Gavant. *in man. Episc. verb. clausura, num.* 14. Tambur. *de jure Abbatissarum disp.* 21. *q.* 1. *cum seqq.* secundùm quam pluries censuit *Sacra Congreg. super negotiis Episcoporum, & Regularium*, & signanter *in una Nannetensi* 26. *Januarii* 1615. & *in Redonensi* 32. *Januar.* 1617. & *in Messanensi* 9. *Octobris* 1618. quas citat D. Anton. Ricciul. almæ Urbis advocatus egregius, *in suo tractatu de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 5. *c.* 5. Sed ipsa *Sacra Congreg.* cautius censuit in his recurrendum esse ad Sedem Apostolicam, ut testantur Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Monialis*, §. 16. & *part.* 2. *eod. verb. dub.* 8. & 12. Anton. Ricciul. *d. c.* 5. *n.* 11. Sanch. *d. c.* 15. *num.* 47. Bonacin. *d. puncto* 9. *n.* 10. Marcel. Vulpe *dict. cap.* 4. *n.* 11. *in fine*, me citato *in hoc loco*, Lezana *d. c.* 25. *n.* 20. *in fine*, novissimè Tamburin. *de jure Abbatissar. disp.* 21. *q.* 1. Ex causa enim ipsa Sedes Apostol. concedere consuevit quibusdam Monialibus, ut transirent ad aliud monasterium alterius obedientiæ, de consensu tamen Superiorum, ut refert decisum Armendar. *in add. ad recop. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de relig. num.* 101.

Et quando ex permissu Sedis Apostol. transferun- 16
tur Moniales de loco ad locum, translatio debet fieri in aurora, ut à paucis conspici possint, atque à personis gravibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus conjunctis deducantur, earumque dotes monasterio, quod relinquetur, remaneant, referunt decisum Tamburin. *d. disp.* 21. *q.* 10. *num.* 5. Armend. *ubi proximè, num.* 100. ubi *n.* 105. † etiam decisum asserit exeundi è 17
monasteriis justam causam Moniales non habere, ut curam nepotum suorum gerant, etiamsi nullum propinquum haberent, referunt etiam Campan. *d. cap.* 16. *num.* 22. *prope fin.* Tambur. me citato *in hoc loco*; *disp.* 19. *q.* 4. *vers. ad* 13. etiam novissimè me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna regular. verb. recessus à monasteriis, n.* 8. & Bonacina *d. q.* 1. *punct.* 9. *n.* 4. ubi *n.* 5. pariter dicit Monialem egredi non posse ad parentes, consanguineos, aut alios infirmitatis causa, seu alio prætextu visitandos. Manifestè tamen erit justa egressus causa, quando auctoritate Prælati ex causa justa totus Monialium Conventus locum mutat, juxta Concil. Trident. *sess.* 25. *de regular. c.* 5. Fr. Emman. *d. q.* 49. *art.* 5. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 53. Fr. Ludovic. Miranda *de sacris Monial. q.* 3. *art.* 2. *vers. sextus*, Bonac. *d. q.* 1. *punct.* 9. *num.* 8.

Moniales posse ad aliam Religionem perfectiorem transire docent Tap. Zerola, Fr. Emman. & alii, quos refert Sanchez *d. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. quibus adde Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 5. *q.* 327. Anton. Ricc. *dict. lib.* 5. *cap.* 5. *à princip.* ubi *num.* 4. probat nec Concil. Trid. nec Constit. Pii V. prohibuisse hanc translationem, meipsum *in collect. ad cap. licet* 18. *n.* 3. *de regul.* Bonacin. *dict. q.* 1. *punct.* 9. *à num.* 11. contra Azor. *dict. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 18. *quæst.* 1. Moniali licitum esse exitum, quæ dum in proprio monasterio aliqua de causa commodè corrigi non potest, ad aliud monasterium correctionis gratiâ transfertur, tenent Sanch. *dict. lib.* 6. *c.* 15. *num.* 47. Fr. Ludovic. Miranda *de sacris Monial. q.* 3. *art.* 2. *vers. quartus casus, & art.* 3. Bonacin. *d. q.* 1. *puncto* 9. *n.* 13. Tamburin. *dict. tract. disp.* 21. *quæst.* 3. Ego ipse *in collect. ad d. cap. ult. de regularib. num.* 16.

Utrùm Monialis, quæ adeo incorrigibilis est, ut ipsius emendatio, & correctio in nullo monasterio speretur, ejici possit? Negativè censuit Rota *in Ulysbonensi monasterii*, 19. *Novembris* 1625. coram *R. D. mo Coccino*, & me citato *in collect. ad cap. ult.* docet Bonac. *dict.*

*d.punct.9.num.14.*Gavant. *in man.Episcop.verb.Monialium clausura,num.*13. Lezana *d.cap.*25. *num.*17. *vers. hinc collige*, ubi tenet attenta Ecclesiæ consuetudine,& Sacræ Congreg. declaratione, incorrigibiles Moniales sine Sedis Apost. consensu ejici non posse, me citato *in hoc loco*, Tamburin. *d.disp.*21.*q.*4. contra Sanch. *d. lib.*6.*c.*9. *n.*6. existimantem talem Monialem in rigore ejici posse.

Monialibus Conversis licitum esse exire è monasterio ad petendas eleemosynas Conventui necessarias, dum eas per alios commodè petere non possint,servatis conditionibus præscriptis in Motu Pii V. incip. *Circa pastoralis*, & in alio Gregor. XIII. incip. *Monialium clausura, à n.*18. tenet Lezana *d.c.*25. *n.*17. *vers.circa conversas*, ubi conditiones has refert, dummodo Conversæ sint ætatis saltem 40. annorum,nec publicè, nec foris pernoctent, neque plures quàm octo destinentur ad quæstum, & quod si deinde non egeant, cessent à quæstu,Bonacin. *d.q.*1.*punct.*9.*n.*15.ubi *num.*16.asserit Moniales Conversas posse adhuc ob receptam consuetudinem recipi, & ad professionem admitti, & citat pro se Sanch. *d. c.*15.*n.*59. Suar. *de Relig.tom.*4.*lib.*1. *c.*8.*n.*19.Fr.Emm.*tom.*1.*q.*44.*art.*4.*concl.*3.*vers.secunda assertio*, contra Mirand. *de Monialib.q.*1.*art.*6.Navar. & alios.

28 Deinde dubitari non abs re potest, quibus in casibus necessariis, & paulò ante relatis, impartietur licentia Monialibus volentibus exire è monasterio: & respondet Concil.*d.cap.*5. ab Episcopo approbandam esse causam: cujus decreti verba intelligenda esse inquit Navar. ut approbatio requiratur Episcopalis, quando exire volunt è monasteriis Episcopo subjectis, vel ita exemptis, quod soli Papæ immediatè subsint, non autem de aliis exemptis, & Regularibus suppositis, in quibus satis sit scientia Superioris Ordinis. Ita ipse Navar. *consil.*6. incip. *An generalis, sub n.* 6. *de statu monach.* Fr.Bonacin. *dict. quæst.*1. *puncto* 8. *num.*1.Ludovic.Miranda *de sacris Monial. quæst.*2.*art.*6.*concl.*1. Suarez *de Relig.tom.*4.*lib.*1. *c.*9. *num.*13. Lezana *dict. cap.*25.*num.*21. Tamburin.*dict.disp.*20.*q.*6.Fr.Emman. *quæst.Regul.tom.*1.*q.*49.*art.*6. ubi inquit, quod Monialis in prædictis casibus in dicta Constitut. exceptis exire potest è monasterio absque ullo conscientiæ scrupulo,cum sola licentia suorum Generalium,aut Provincialium Prælatorũ,quibus fuerit subjecta,sine ulla alia approbatione Episcopi sæcularis, & in Hispania solùm Superiorum licentiam esse necessariam dicunt Fr.Joan. de la Cruz *d.cap.*5.*dub.*3. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*6.*c.*15.*n.*28. Lezana *d.c.*25.*n.*21. Verùm ab illorum opinione discedere cogor propter expressa verba prædictæ Constitut.Pii V. *de anno* 1569. sic disponentis: *Quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur,cognita,& expressè in scriptis approbata sit*: ex quibus verbis facile erit colligere quid dicendum, atque respondendum difficultati propositæ. Monialibus enim è Monasterio exire non licet, etiam cum causa probabili, nisi adsit communis consensus Superioris Regularis, & Episcopi diœcesani,& si illæ, quæ potestati Regularium subjectæ sunt, sine Bulla, & licentia Ordinarii egressæ fuerint,per censuras Ecclesiasticas, & alia Juris remedia debent ipsæ,& earum Superiores(de quorum licentia è Monasterio fuerint egressæ) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunque privilegiis: ita decisum referunt Campanil. *dict. rub.*12. *cap.*16.*n.*22. *prope finem*, Armendariz *in addition. ad dict. lib.* 1. *tit.*18. *l.*7. *num.* 103. novissimè me citato *in hoc loco*, Tambur. *de jure Abbatiss.disp.*20.*q.*5.*n.*11. Extat hac de re decretum tenoris sequentis,videlicet. *Sacra Congreg. negotiis Episcoporum & Regularium præposita, sub die* 13. *Novembr.*1610.*facultate sibi à Sactissimo tributa statuit,& decrevit, ut deinceps intra hujusmodi septa nemini ingredi liceat, nisi licentiæ in casibus necessariis concedendæ nedum à Superioribus Regularibus dictorum monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscunque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.Postremò autem ad removendam omninò difficultatem, quæ ex hujusmodi decreto forsan oriri posset, negotio iterum in S.Congreg. proposito, atque S.D.N. relato, die* 21.*Maii* 1630. *Sanctitas sua declaravit hujusmodi licentias à Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis, in quibus adesset consuetudo ut istæ ab Episcopis tantùm concedantur; hoc enim casu statuit, & decrevit talem consuetudinem esse observandam, & ipsorum Episcoporum tantummodo licentias sufficere, etiam privativè quoad ipsos Regulares.* Deinde *eadem S. Congreg. in Camerin.* 21. *Febr.* 1617. censuit, *licentiam eorum, quibus ordinariè intra septa monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum ingredi necesse est, concedendam esse ab Episcopo, seu ejus Vicario generali, & à Superiore Regulari, cui Moniales ipsæ subjectæ sunt conjunctim, ita ut idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentiam alterius subscriptione roborare sufficit.*

Utrùm hæc licentia in scriptis dari debeat.Affirmativè definitum est in prædicto Motu Pii V. incip. *Decori*,ibi, *ex causa cognita, & expressè in scriptis approbata*, & per eum tenent Miranda *d.q.*3. *art.*6. *concl.*2. Suar. *de Relig.tom.*4.*lib.*1.*c.*8.*n.*16.Victorel. *loco citando*,§.*an ad evitandam culpam*, Tambur. *d. disp.*20. *q.*6. Bonac.*d.punct.*8.*n.*4.ubi *n.*5. resolvit licentiam non tenere, si solo verbo detur. 29

Hinc non abs re dubitari potest, an Vicarius generalis Episcopi absque speciali ejus commissione hanc egressus Monialis è monasterio licentiam concedere possit? In quo dubio cùm Conc.Trid. *sess.*25. *de Regul. c.* 5. dicat eam licentiam ab Episcopo approbandam, credo nomine Episcopi Vicarium quoque generalem, non verò foraneum comprehendi,ut in terminis resolvunt Llamas *in methodo curationis, in appendice*, §.5. Sanch. *d. c.*15. *n.*30. ubi etiam extendit ad generales Capituli Sede vacante Vicarios,Bonac. *d.q.*1.*punct.* 8. *n.*3. Victorel.*de origine & claus.Monial.*§.*an solus Episcopus*, Tambur. *d.disp.*20.*q.*5.

Si verò extra casus permissos Moniales è suis monasteriis exierint, ipso jure sunt excommunicatæ excommunicatione majori latæ sententiæ summo Pontif. reservata, & in eandem incurrunt Prælati eisdem exeundi licentiam quocunque modo concedentes,necnon & ipsas concomitantes,ac personas illarum receptatrices, ut habetur expressè in dicta Constit. Pii V. *de anno* 1569. refert me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatiss.disp.*19.*q.*1.*in fine*.Circa quam Constit. Navar.*in d.cap.statuimus*,*n.*51.quem post Fr. Emman. sequuntur F.Ludov.Miranda *d.q.*3.*de monialium clausura,art.*6. Zerola *in praxi Episcop. part.*1. *verb. Moniales*,§ 16.*dub.*1.Azor.*p.*1.*lib.*13.*c.*8.*quæs.*1.*vers.*3.*quæres*,Bonacin. *d.q.*1.*punct.*8.*n.*6.Sanch.*d.c.*15.*n.*72. pœnas supra positas circa recipientes, & concomitantes prædictas Moniales egredientes è suis Monasteriis, non videri comprehendere illos, qui compassione quadam naturali in extrema, vel gravi necessitate id faciunt; ut si verbi gratia, aliqua persona cognata, vel amica reciperet, vel comitaretur Monialem egressam è suo Monasterio, & aliquot milliaribus progressam noctu, vel diu in loco deserto, cum periculo amittendi vitam,vel famam,ne ipsa Monialis damnum aliquod pateretur,exhortando eam,ut ad suum Monasterium rediret,etiamsi ipsa nollet redire.Illud tandem advertendum duxi ex quodam Motu proprio Gregorii XIII. incip. *Deo sacris, de anno* 1572. locum clausuræ dici eum, qui janua clausa continetur, ad quam

sæculari

sæcularibus non patet accessus, refert Sanch. *d. lib. 6. c.15. n.6.* & *n.68.* resolvit ad incurrendas supradictas pœnas solum egressum sufficere ex stricta clausura, non verò ita levem, ut solam venialem culpam constituat.

30 An Monialis, quæ se ponit in rota, & facit illam volvi versus partem externam, ad quam sæculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in pœnas, etiamsi non egrediatur è Rota? Affirmativè respondent Paul. Comit. *resp. moral. lib.6.q.3.* Portel. *in dub. Regular. verb. clausura Monialium, n.24.* vide *supra n.9. in fine.*

31 Deveniendo igitur ad secundum assumptum de ingredientibus Monialium monasteria, dicendum est omnes cujuscumque sexus, viros, atque mulieres cujuscumque status, & conditionis extiterint, habentes usum rationis, & discretionem ad peccandum, vel qui ad peccatum incitare possint, ingredi prohiberi quarumcunque Monialium monasteria, ut habetur expressè in Concilio Tridentino *d.cap 5.* his verbis: *Ingredi autem intra septa Monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* Quibus similia verba sunt *in d.c. periculoso*, ibi *nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus, vel accessus ad easdem* (nempe Moniales) *pateat, ut sic à publicis, & mundanis conspectibus separatæ, omnino servire Deo valeant liberius, & lasciviendi opportunitate sublata eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius possint custodire.* De quorum materia Concil. Brachar. I V. *act.5.c.5. de Monialibus*, Avila *ad c.1. Prætor. fol.50. num.29.* Fusch. *de visitat. lib.2.c.18. à n.24.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, parte 2. cap. 1. num. 52.* Azor. *instit. mor. part.1. lib.13. cap.8. quæs.3. cum sequentibus*, Fr. Emman. *tom.1.q.46. art. 1. cum sequentibus*, & *q.47. art.4. cum sequentib.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1.c.5. dub.2.* Campan. *d.rubr.12.c.16. à n.24.* Sanch. *d. lib.6.c.16.* Steph. Quaranta *in summæ Bullarii, verb. Monasteria Monialium*, Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 2. tit.18. l. 7. de Relig. à num.106.* Fr. Ludov. Miranda *in manual. Prælat. in fine tom.2. in tract. de sacris Monialibus, & q.2. & 4.* Ugolin. *de officio Episcopi c.21.§.3.* Bonac. *de clausura Religios. q.4.*

32 Hinc fit infantes discretione carentes, seu nondum doli capaces admitti posse ad claustra Monialium, nec illas eos admittentes incurrere aliquam excommunicationem, cum nec ipsi ad peccandum incitare possint. Ita Gambarupta *de casibus reservatis cap. 15. casu 6. n.37. fol. 147.* Henriq. *in summa libro 13. cap.42.§.3. in comment. litt.S*, Navarr. *comm.4. de Regul. num. 59.* Paul. Comit. *respons. mor. lib.6. quæst.19. ad finem*, Azor. *d. lib.13.c.8. quæs.5.* Aloys. Ricc. *in praxi decis.648. in 1. edit. & resol.644. n.6. in 2. edit.* Suar. *de Religion. tom.2. lib.6. cap.16. num.4.* & me citato *in hoc loco*, Bonac. *de clausura q.4. puncto 1. num.5. & 6.* Fr. Ludov. Miranda *d.q.2. art.1. conclus.1.* Granad. *in 1. 2. D. Thomæ, controvers.7. tr.3. p.1. disp.6. sect.5.* Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.26. n.7.* Diana *moral. resol. p.3. tract.2. resol.67. vers. nota tertiò*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.1.c.25. n.24.* novissimè Tambur. *de jure Abbatissarum disp.22. quæst.4.* Fr. Joan. de la Cruz *dict. c.5. dub.2. conclus.3.* ubi resolvit Concil. includens omnes cujusvis ætatis, loqui de habentibus usum rationis, & de illis, qui ad peccatum movere possunt, ut sunt fatui, qui licet intrando non peccent, peccant tamen moniales eos admittentes, & citat Navar. *in dict. cap. statuimus, n.59.* me citato *in hoc loco*, Tambur. *d. disp.22. q.5.* quod etiam tenet Sanchez *lib. 6. cap. 16. à num. 8.* Quid nomine Monasterii comprehendatur, quando interdicitur hic ingressus? Vide Fr. Emman. *tom. 1. q.46. art. 1. in fine*, Coriolan. *de casibus reservat. part. 2. casu 3. quæs. 2. num.29.* Sanch. *d. lib.6. cap.16. num.11.* Suar. *de Relig. tom.4. lib.1. c.11. n. 6. & 7.* Bonac. *de claus. q.4. punct.1. num.1.* & supra ante *num.10.* Illud est advertendum cum Homobon. *in consult. moral. tom.1. part.4. resp.61.* quod ingressus utroque pede, & toto corpore, etiamsi ad unum, vel duos tantum palmos januam introierit, clausuram perfectè violat. Quod quidem videtur nimis rigidum, & ideo verius est transgredientem clausuram modico ingressu excusari à culpa lethali, & censuris. Ita Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.16. n.70.* Nald. *in sum. verb. clausura, n.1.* Lopez de Tezada *in controv. tom.1. lib.2. tract.1. controvers.14. dub.1. n.9.* Merol. *tom.1. disp.1. c.2. diffic.7. n.502.* ubi ait esse modicum ingressum, quando per duos solos pedes quis esset intra portæ clausuram, quia licèt ille sit verus & perfectus ingressus, tamen est in parva materia, novissimè Diana *moral. resol. p.5. tr.5. resol.22.* ubi subdit dicta de violantibus clausuram Monialium modico ingressu extendi ad fœminas ingredientes claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus.

Ut plenius consuleretur Monialium clausuræ, ne quis 33
intrando eam violaret, Gregor. XIII. Constitut. edidit, incip. *Ubi gratiæ, idibus Junii anno Incarnat. Domini 1575. quæ revocat, & abolet omnes licentias, & facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca Monialium, atque etiam virorum quorumvis Ordinum, quibusvis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cujuscunque status, & conditionis mulieribus, & omnes licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca Sanctimonialium, concessas quibuscunque viris ejusdem status, & dignitatis, à quibuscunque Pontificibus, & Sedis Apostol. Legatis, aut aliàs ex quibuscunque tenoribus, & clausulis, etiamsi Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum intuitu, sub excommunicationis pœna ipso facto contrahenda, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium obtineri nequeat. Item præcipit Abbatissis, necnon & Abbatibus & Conventuum, & aliis Monasteriorum utriusque sexus Superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, sub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, atque inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quocunque prætextu hujusmodi facultatum ingredi faciant, vel permittant, & sub eisdem pœnis ipso facto contrahendis imperat quibuscunque personis Ecclesiasticis & sæcularibus, & etiam Ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu facultatum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus duntaxat ingredi, neve Moniales sub eisdem pœnis illos admittere præsumant.*

Idem Gregorius per aliam suam Constitutionem *de* 34
anno 1584. die 8. Septembr. Pontificatus sui anno 13. incip. *Quæ Sanctimonialium*, similem aliam generalem prædictarum licentiarum, & quorumcunque privilegiorum revocationem fecit cum quadam modificatione, & limitatione, in hæc verba: *Cùm igitur post Concil. Trident. Decretum de non ingrediendo Monialium monasteria, & revocationem à nobis factam omnium, & quarumcunque licentiarum ingrediendi Monasteria, domos ac loca Monialium quorumvis Ordinum, quibuscunque & quorumvis contemplatione, ac quocunque modo concessarum, importunis multorum precibus aliquas hujusmodi licentiarum, præsertim in Hispaniarum Regnis restituimus, & alias quoque noviter concessimus, quarum causa, ut piorum virorum relatione intelleximus, & ex*

debitaque in claustris ministeria paulatim remittuntur. Quare nos iis incommodis providere volentes, authoritate præsentium revocamus, & abolemus omnes, & quascumque licentias, facultates, & indulta ingrediendi Monasteria, domos, & loca in dictis Regnis, & dominiis consistentia, cujuscumque status, & conditionis mulieribus (præterquam ipsorum Monasteriorum, domorum, & locorum fundatricibus, aut dotatricibus, sive altricibus, necnon Marchionum, Comitum, Ducum & superiorum graduum Principum conjugibus, eorumque filiabus) etiam consideratione, intuitu, contemplatione, supplicatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum, seu etiam Motu proprio, & ex certa scientia concessa, restituta, & innovata, quibuscumque concepta formulis, necnon revocativis, annullativis, restitutivis, irritativis, aliisque clausulis, & decretis communita cassamus, & annullamus, litteras omnes desuper confectas, &c.

35 Cui quidem Gregorio XIII. succedens postea Sixtus V. similem aliam etiam generalem revocationem fecit omnium licentiarum quarumcunque ingrediendi Monasteria, & inibi permanendi mulieribus sæcularibus, cujuscunque status & conditionis existentibus, etiam Comitissis, Marchionissis, & Ducissis concessarum, *in sua Bulla*, quæ incip. *Sanctimonialium, sub dat. ann.* 1589. *die quinto Januarii Pontif. sui anno* 4. Item Paulus V. *in sua Const.* incip. *Monialium statui, sub die* 10. *Julii* 1612. similiter revocavit, cassavit, & irritas fecit omnes, & singulas licentias ingrediendi monasteria mulieribus cujuscumque status, gradus, & conditionis existentibus, etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, tam à Sanctitate sua, quàm à suis prædecessoribus ad tempus, vel in perpetuum concessas, inhibentes mulieribus prædictis licentiam hujusmodi habentibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua nisi à Romano Pont. præterquam in mortis articulo, absolvi possint, ne monasteria Monialium prætextu licentiarum hujusmodi ingredi audeant, seu præsumant, ipsorum autem monasteriorum Abbatissis seu Priorissis, ac Superioribus sub eadem pœna, ac privatione suorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, seu admittere, vel admissas quoquo modo retinere audeant, refert Marcel. Vulpe *d.c.*4.*n.*10. meminit Memor. Cleric. *c.*9.*n.*12.

Denique S.D.N. Urbanus VIII. *in suo motu proprio* incip. *Sacrosanctum Apostolatus ministerium, sub dat.* 27. *Octobris* 1624. ut habetur *tom.*4. *Bullarii*, inter Bullas Urbani *n.*29. declaravit consensum Monialium, qui requiritur ad hoc quod fœminæ sæculares ipsarum monasteria ingrediantur, per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstanda esse, aliàs licentiæ hujusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur, refert Lezana *in sum. qq. regul. c.*25.*n.*33. ubi subdit Pontificem loqui ibi in casu, quo fœminæ intrare velint ex vi licentiarum à Sede Apostolica impetratarum.

36 Cùm igitur à prædictis Summis Pontif. revocatæ sint omnes, & quæcumque licentiæ ab illis, aliisque concessæ intrandi Monasteria, & loca Monialium, & ingredientes vigore præfatarum facultatum, vel habentes licentias ab Ordinariis in casibus necessariis, ac eis ultra prædictos casus utentes excommunicati pronuntientur, dubitari potest, an censuram illic comminatam, & reservatam incurrat, qui sine licentia intraret? Affirmat Navarrus asserens sub dicta excommunicatione comprehendi etiam intrantes septa monasterii non habentes licentias ex intentione Pontificis, à quo emanavit una prædictarum Constitut. & ab usu sacræ Pœnitentiariæ, *in commento* 4. *de Regularibus, ad cap. statuimus* 19. *quæst.*2. *sub numero* 62. *versic. quartò, & in manuali cap.*27. *sub n.*150. *vers. adde his primò*, sequuntur Ludov. Beja *in resp. casuum consc. p.*1. *casu* 3. Coriolan. *de casibus reservatis part.*2. *casu* 3. *n.*40. Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. in summa Bullarii, verb. Monialium monasteria, vers. Amplia, pag.*448. *in noviss. impress.* ubi dicit præfatas Bullas satis videri illam declarationem, & extensionem recepisse, & assumpsisse ex communi observantia Prætorii sacræ Pœnitentiariæ.

Verùm virtute Constitutionum prædictarum non 37
comprehendi, nec excommunicari, nisi intrantes ex præsumptione, & qui prætextu dictarum licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus concessarum sine sufficienti ratione, & causa, vel à Summis Pontif. jam revocatarum intrare præsumpserint, probabilius duco, propterea quod prædictæ Constitutiones loquuntur de ingredientibus virtute alicujus licentiæ, nulla facta mentione de intrantibus sine tali facultate, idcirco non extendenda, ex *regul. odia, de regulis juris lib.*6. Ita Tamburin. *d. tr. disp.*22. *q.*1. *n.*7. & 8. Zerola *in praxi Episcop. p.*1. *verb. Monialis*, §.8. ubi addit intrantes sine tali facultate incurrere tantùm censuram comminatam à Concil. Trid. *d.c.*5. quæ cùm non sit reservata, abolere valet ab Episcopo, juxta *c. nuper, de sententia excommun.* sequuntur Hieron. Llamas *in append. ad suam summam Confess.* §.13. Suar. *de censur. tom.*5. *disp.* 22. *sect.*6. *num.*11. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*1. *q.*48. *art.*1. me citato *in hoc loco*, Bonac. *de clausura, q.*4. *punct.*5. *n.*4. latè Campan. *d. rub.*12. *c.*16. *n.*24. Megal. *in* 3. *p. lib.*4. *c.*3. *q.*2. *n.*11. me citato *in hoc loc.* Diana *moral. resol. part.*1. *tract.*4. *resol.*23. *in fine, & part.* 2. *tract.*1. *misc. res.*32. Ludov. Miranda *d. q.*2 *de clausura Monial. art.*12. *concl.*1. ubi *concl.*2. limitat in ignorantibus prohibitionem factam sub tali censura, dummodo ignorantia non sit affectata, crassa, & supina, & citat pro se Navar. *d.c.*26. *n.*109. ubi dicit quod qui intrant monasteria S. Claræ & S. Catharinæ de Senis ducti ignorantia justa, vel quasi justa, excommunicationem à Romanis Potif. latam non incurrunt, nec etiam qui sciens ingreditur, sed persuasus causam, ob quam ingreditur, esse justam. Idem Miranda *d. art.*12. *concl.*3. asserit pœnas excommunicationis, & inhabilitatum contentas in supradictis Extravag. Gregor. XIII. & Sixti V. impositas contra Abbatissas, & Abbates conventuum, atque alios monasteriorum utriusque sexus Superiores, Prælatos, & Priores, quocumque prætextu prædictarum licentiarum & facultatum ingrediendi facientes, vel permittentes, non comprehendere Monachos, sive Moniales ipsas privatas, ac in particulari prædictas personas ad dicta Monasteria admittentes. Nec prædictis obstat verbum, *Conventibus*, de quo in supradicta Constit. Greg. XIII. *de ann.* 1575. quo significari videtur quascunque etiam singulares personas Monialium ipsius Conventus admittentes aliquem ad clausuram, prædictas pœnas, & censuras incurrere; quia respondetur verbum illud *Conventibus*, non significare singulares personas de Conventibus, nec multitudinem Monialium in unum Congregatarum, sed majores Conventus, veluti Abbatissas, Abbates, & Superiores. Reservata excommunicatione non affici illum, qui facultatem ingrediendi habet, sed non ingreditur prætextu facultatis, perinde se gerens, ac si illam non haberet, resolvunt Navar. *d. comm.*4. *num.* 62. *notab.*4. Sanch. *d.c.*16. *n.*80. Bonac. *d. q.*4. *punct.*5. *n.*5. ubi *n.*6. tenet ingredientem prætextu facultatis invalidè concessæ, non affici reservata illa excommunicatione Greg. XIII. sed Concil. Trident. in præsenti, & *n.*7. addit eum, qui tempore ingressus confingeret se habere aliquam facultatem ingrediendi claustra monialium obtentam post præfatum Gregor. XIII. Motum, non affici reservata illius excommunicatione, sed Concil. Trident.

Non licet ingredi septa monasterii in casibus neces- 38
sariis sine licentia Episcopi, aut Vicarii generalis speciale

ciale mandatum habentis, ut referunt decisum Bonac. *d. q.4.punct.2.num.2.* Armend. *in addit.ad recop. legum Navarræ,lib.2.tit.28.l.2. de Relig. n.109.* me citato *in hoc loco,* Tambur.*d.disp.23.quæst.1.n.3.& quæst.2. n.1.* novissimè me citato *in hoc loco,*Novar.*in Lucerna regul. verb.Licentia, n.3.* Et provisorem à Capitulo nominatum esse Superiorem ad licentiam concedendam, dicit Fr.Joan.de la Cruz *d.c.5.dub.2.concl.3. notab.1.*me ci-
39 tato *in hoc loco,* Tamb. *d.disp.23.q.2.* † Si verò Superior longè absit, in casibus repentinis licentiam concedere potest Præfecta, Fr.Emman. *d.tom.1.q.46. art. 2. in fine,* Campan.*d.c.16.n.25.*

40 Unde videtur sufficere solius Episcopi consensus, absque alia Superioris Regularis voluntate; quoniam tum in Constitutione Bonifacii VIII. tum in Concil. Trident. decreto sub disjunctione ponitur consensus, sive voluntas, cum dicitur,*vel Superioris :* unde per *sacram Congreg.* dicit decisum Piasc. *in paxi nova Episc. p.1.c.3. n.54.* quod ita demùm spectat ad Episcopum hujusmodi concessio licentiæ, si fuerit consuetudo loci legitimè præscripta, ut licentia hujusmodi vel à solo Episcopo, vel ab Episcopo, & superioribus Regularibus conjunctim obtineatur ; in dubio tamen sub distinctione resolvendum est : aut enim monasterium est Episcopi solius jurisdictioni subjectum, aut exemptum, sed Romano Pont. proximè subditum, aut subjectum soli Superiori Regulari.Si *primò,& secundò,* Episcopus solus habet jus concedendi ingressum,auctoritate quidem propria in monasteria sibi subjecta,auctoritate verò delegata in iis, quæ Rom. Pont. sunt proximè subjecta. Si verò *tertiò,* solius est Superioris Regularis facultatem ingrediendi concedere. Ita Navar. *d. com.4.de regul.* super *cap.statuimus , 19. q.3. n.60.* Azor. *instit. moral. p.1.lib.13. c.8. q.7.* Hier.Llamas *in append. ad suam summam, §.5. & 7.* Fr.Emman. *qq.regul. tom.1. q.46. art.2.* Fr.Ludovic. Miranda *dict. q.2. art.2.* Camp. *d.rub.12.c.16.n.31.* novissimè Sanch. *d. lib.6.c.16.n.13.* me citato Bonac. *d.quæst.4.punct.2.n.3.* Tambur.*d.disp.23.q.1.*

41 Et facultatem concedere intrandi septa monasterii Monialium Regularibus subjectarum pertinere ad earum Superiores Regulares,censuit *sacra Concilii Trid. Congregat.* cujus decretum vidi ego ipse hoc præsenti anno signatum propria manu Illustrissimi Domini mei Card.Millini, & illius verba me citato *in hoc loco* , refert Tambur. *de jure Abbatissarum disp. 23. q.1. n.6.* Lezan. *d.c.25.n.25.* & resolvunt Suar. *tom.4.de Relig. c.10.n.12.*Camp.*d.rub.12.c.16.n.31.* Laurent.de Peirinis *in privil.sui Ordinis Minimor.tom.2.constit.6.* Pii V. *n.29.& in formul. regul. lit.M, c.3.n.3.*Andr.Victor.*de origine,& clausur. Monial.pag.mihi* 31.

42 Unde sub decreto Concil.*d.cap.5.*includi Episcopos ingredientes Monialium monasteria sibi non subdita, sine licentia Superioris in scriptis, resolvunt Nav. *d. n.39.ad med.vers.quartus,* Steph.Gratian. *disceptat.forens. c.393.n.5. & 20.* me citato *in hoc loco* , Tambur. *de jure Abbatissar. disp.24. q.9. n.1. vers. & signanter,* ubi refert sic decisum fuisse *in sacra Cong. Concilii in Januen.10.Maii* 1631.

43 Episcopi, & Superiores Prælati, sicut possunt aliis facultatem concedere ingrediendi Monialium monasteria sibi subjecta in casibus necessariis, & pro necessitatibus urgentibus : ita etiam poterunt & ipsi visitationis gratia, seu alterius rei necessariæ, dummodo intrent pro tam urgenti necessitate , pro quanta ipsi ad intrandum licentiam possint dare aliis. Ita Navar. *cons.9.* incip. *an Episcopus , de statu monach. in novis,* Fr.Emman. *tom.1.q.46.art.5. in initio,* Azor. *lib.13.c.8. q.9.*Hieron.Llaymas *in append.ad suam sum.§.7.* Campan. *d.rub.12 cap.16.n.38.* Sanch.*d.lib.6.c.26.n.25.*Fr. Ludov.Miranda *d.q.2.art.14.concl.1.& 2.*& clarissimè disposuit Gregor.XIII. *in sua Bulla,* quæ incip. *Dubiis quæ emergunt , dat. 23. Decembr. an.* 1581. ubi in hæc verba : *Dubiis quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo quod optima primùm ratione Concilium sanxit Trident. deinde in Constitut. felicis recordationis Pii Papæ V. prædecessoris Nonis Junii , Pontificatus sui anno quarto edita fuit provisum ,ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis septa monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis fuisse dubitatum sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officii nituntur,an liceat eis pro libito suæ voluntatis hujusmodi septa ingredi, vel potiùs servare debeant ipsi quoque regulam à Concil. præscriptam : nos omnis hæsitationis materiam tollere, & viam scandalis præcludere, ac Sanctimonialium quieti consulere volentes,harum tenore auctoritate Apostol. declaramus , Prælatos omnes , tam sæculares , quàm Regulares, quibus cura,& regimen Monasteriorum Monialium quovis modo incumbit,facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta ita demùm uti posse,si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus ac religiosis personis comitati.Quocirca universos,& singulos Episcopos,seu majori,etiam Cardinalatus dignitate præditos,necnon quorumvis Ordinum Abbates, Præpositos, Priores,Ministros,& alios quoscumque Superiores Regulares seriò monemus,ut facultate hujusmodi,qui eam habent,præterquam in casibus,ut præfertur,necessariis neutiquam utantur, quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus , qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice,qua contrà fecerint ingressu Ecclesiæ interdictos,pro secunda à munere Pontificali,& à divinis suspensos,ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere. Regulares verò omni officio ac ministerio privatos excommunicationi similiter subjacere , non obstantibus quibuscunque* , &c. De his pœnis, quas incurrunt Prælati monasteria Monialium sine prædictis conditionibus intrantes, vide Sanch. *d. disp. cap.16. à num.71.*Gavant. *in man.Episcopor. verb.Monialium clausura, à n.46.* Lezanam *d. c.25.n.27.*

Si auctoritate Pontificia id monasterium cuidam soli peculiari Prælato Conventuali subjectum esset, non posse Generalem, au Provincialem licentiam ingressus in id monasterium concedere, quòd nullam jurisdictionem in illud habeant, at posse dum visitant, inquirere an Prælatus ille justè vsus fuerit hac facultate, tradunt Fr.Emman. *tom.1.quæst.47.art.5.* Bonac.*de claus.q.4.punct.2.n.4.*Sanchez *d.c.16.n.16.*ubi ob eandem rationem idem dicendum asserit de Episcopo respectu clerici sæcularis, cui soli monasterium illud subderetur. Abbatissam non posse facultatem ingrediendi monasterium concedere,tenent Navar. *comment. 4. de Regularib.n.59.vers.tertiò,* Azor. *part.1.lib.13.c.8.q.6.* Fr.Emman. *tom.1.q.46.art.2.vers. observa,* Sanchez *d. lib.6.c.16.n.22.*Bonac. *d.q.4. punct.2. n.5.* Posse tamen justè Superiorem concedere generalem Abbatissis licentiam, aut Confessariis concedendæ hujus ingressus facultatis in casibus frequenter occurrentibus, ne passim Episcopus, seu Prælatus Regularis, qui non tam præ manibus habentur, adiri debeant, docent Fr.Emman. *d. q.46. art.2. prope finem,* plures apud Sanch. *d. c.16.n.23.* Bonac. *d.punct.2.n.5.vers.hoc tamen.*Contra Suar.*de Relig.tom.4.lib.1.c.10.n.14.*

44 In regula Monialium sanctæ Claræ ordinata per *Urbanum IV.* quæhabetur in monumentis Ordinum, de qua *in compendio privileg. verb. ingredi monasteria Monialium, §.7. rubr.18.* permissum est Generali Magistro Ordinis Fratrum Minorum ingredi monasteria Monialium sanctæ Claræ, quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere sororibus verbum Dei, cum quatuor,vel quinque Fratribus ipsius Ordinis, siquando ei videbitur expedire, & refert Fr.Ludovic.Miran-
du *d.q.2.art.15.concl.1.*quod Ego ita libenter non re-
ciperem propter revocationem prædictarum licentia-
rum

rum factam à Summis Pontificibus,de quibus supra,& prohibitionem Greg.XIII. *in sua Bulla,n.proximè præcedenti relata*, qua sub gravibus pœnis Ministris, aliisque quibuscunque Superioribus Regularibus mandatur,ne facultate ingrediendi dicta Monasteria,si quam habent,præterquam in casibus necessariis utantur, cùm derogatione quorũcunque privilegiorum. Cùm igitur celebrationem,aut prædicationem verbi Dei intra Monasteria fieri non sit necessarium,siquidem per fenestellas Ecclesiæ videre, & audire possunt ipsæ Moniales, sequitur quod talis ingressio non sit necessaria, immò tali casu ingredientes incurrere pœnas, de quibus in dicta Constit. Gregor.XIII.

45 Visitationis tamen gratia Provinciales Ministri, atque Visitatores poterunt intrare Monasteria Monialium sibi subditarum comitati duobus,aut tribus sociis, non ex concessione Urbani IV. ut tenet Fr. Ludovic. Miranda *d.art.15. concl.2.* sed ex eo quod Visitatio est causa necessaria, qua hujusmodi Prælati, & Ministri possunt intrare monasteria prædicta, à paucis, iisque senioribus ac religiosis personis comitati, ut permisit Greg. *d. sua Bulla.* Et hoc intelligerem, ut hujusmodi Provinciales, & Visitatores ingredi possint dicta Monialium Monasteria, non solùm ad tenendum culparum Capitulum,verùm etiam ad faciendam Visitæ denunciationem,seu exhortationem,quæ quasi præambula prævia,atque præparatoria sunt eidem visitæ,nempe ad videndum,& prospiciendum propriis oculis, sintne omnia conventus ædificia rectè disposita, & clausura convenienter, & sufficienter reparata, ad visitandas infirmas, & Monialium dormitoria, an sint convenienter, & religiosè aptata, cæterasque domus, & officinas, ex quibus utplurimum quamplura resultant emendanda, & correctione digna, & summopere necessaria.

46 Is verò qui electioni præest Episcopus, sive alius Superior, ut verbis utar Concil.Trid. *d.sess.25. de Regul.c.6.in fine*, claustra monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel recipiat,firmant Navar. *in d. c. statuimus, n.59.*Fr. Leo *in thesauro fori Eccles. part.2.c.1.n.46.*Joan.de la Cruz *de statu relig. lib.1. c.5. dub.2. concl.3. notab. 3. propè fin.*Fr.Emman.*qq.Regul.tom.1.q.46.art.5.* Sanch. *d.lib.6.c.16.n.50.*Fr.Ludov.Miranda *d.quæst.2.art.15. concl.3.*me citato *in hoc loco*,Tambur.*d.disp.24.q.8.n.2.* quæ vota unà cum Vicario,vel alio viro assumpta oretenus accipiat,prout decisum referunt Gallet. *in Margarita casuum conscient.verb.Abbatissa*, Aloys.Ricc. *in*
47 *praxi fori Eccles.res.637. in 2. edit.* Si tamen Prælati hujusmodi prudenter judicent,non posse fieri canonicè dictam electionem ipsis non intrantibus ob inquietudinem Monialium, & suspicionem subornationis votorum inter ipsas subortæ, aut ob alias justas causas à Superioribus prudenter arbitrandas, tunc solùm licitè poterunt prædicta ingredi monasteria, ibique ipsarum Monialium vota audire, & recipere, ut tenet Fr.Joan. de la Cruz,& Fr.Ludov.Miranda *d.locis*, me citato *in hoc loco*,Bonac.*d.punct.4.n.7.*novissimè S.D.Greg.XV. felic.record. *in sua Const.de exemptorum privil.* incip. *Inscrutabilis, sub dat.Nonis Februar.* 1622. citat hanc materiam electionis Abbatissarum, &c. in hæc verba: *Ac similiter possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatissarum,Priorissarum, Præfectarum vel Præpositarum eorundem monasteriorum,quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque ulla tamen ipsorum monasteriorum impensa.* Hæc *in d. Constit.* Super qua postea *Sacra Congr. Illustrissimorum Cardinalium Concil.Trid. interpretum censuit jus confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per ejusmodi constitutionem attributum:* quam quidem declarationem originalem præ manibus habui,& postea in typographia R.C.Apostol. impressam vidi *de anno* 1624.

Causa ad intrandum Monialium Monasteria non 48
requiritur, quod sit strictissima, aut quod dicatur absolutè & simpliciter necessaria,sed sufficit quod sit necessitas quidem moralis, rationabilis,& manifesta. Ita Portel. *in dubiis Regul.verb.clausura, n.4.* Fr.Emman. *d.q.46. art.4.*Fr.Ludov.Miranda *d.q.2.art.4.conclus.2.* Campan. *d.rub.13.c.16.n.25.*me citato *in hoc loco*,Bonac. *q.4.punct.4.n.2.* observantes minorem causam requiri in concedenda licentia fœminis quàm viris, matri aut sorori, quàm aliis; & minorem causam sufficere ad ingrediendum in loca statim post clausuræ januam existentia, quàm ad loca interiora. Illum qui licentium ingrediendi cœnobia Monialium obtinuit ex causa,quæ suberat tempore concessionis licentiæ, sed tempore ingressus cessavit, non esse tutum in conscientia ingrediendo,resolvit Bonac.*d.punct.4.n.19.*ubi *n.20.*docet eum,qui licentiam obtinuit ex causa, quam falsò narravit Superiori, non posse licitè ingredi, si tempore ingressus justa causa superveniat,& *n.21.* asserit non esse licitum ingressum si Superior conscius erat nullitatis causæ, & nihilominus licentiam concedere voluit.

Aliqui sunt speciales casus, in quibus licitus est in- 49
tra monasteria Monialium ingressus absque alia licentia speciali. Primus casus est de Sacerdotibus auricularis, quibus Monasterii septa ingredi non est denegandum, si tanta corporis infirmitate detenta fuerit Monialis,quod venire ad locutorium nequeat, vel saltem commodè accedere non valeat, inhietque propria peccata confiteri,seu Domini corpus, aut alia recipere Sacramenta, & tunc exhibiturus talia Sacramenta, alba,& stola,atque manipulo indutus ingrediatur,& solus,ubi ita fieri consuevit,vel cum duobus,aut uno saltem idoneo,& religioso socio, ubi mos est,alba similiter, vel ad minus superpelliceo induto, quos ita vestitos oportet semper inibi morari, ita quod audita Confessione,vel alio ministrato Sacramento,inde egrediantur,ut ingressi sunt vestiti, nec moram ibi faciant longiorem,& caveant ne quandiu intra Monasterium fuerint, aliquo modo ab invicem separentur, quin semper mutuò possint liberè se videre, sic etiam se habentes in animæ commẽdatione. Ita quidem Urbanus IV.statuit in reg.quam fecit pro Monialibus S.Claræ, *c.7.* & refertur *in comp.verb.ingredi monasteria Monialium,§.6.* referunt etiam Portel. *in dubiis Regul. verb. clausura, n.9.&* 10.Fr.Ludovic. Miranda *d.q.2.art.7.*Campan. *d. rub.12. c.16. num.27.vers. alius præcipuus*, novissimè Tambur. *de jure Abbatissar.disp.24.q.2.*Quod quidem intelligendum non est solummodo de casu extremæ necessitatis,vel de articulo mortis,sed generaliter,atque universaliter,quando Monialis aliqua gravi infirmitate laborat, & etiam in casibus, quibus sic existentes infirmæ aliæ Moniales communicant, seu communicare consueverunt, ex præcepto suæ regulæ: tunc enim licitum est Vicario, seu Confessori prædictarum Monialium clausuram introire ad communicandas infirmas, quæ commodè ad communem cratem venire non possunt. Ita Fr.Emman. *d. tom. 1. quæst.47. art.3.* quem refert & sequitur Fr.Ludovicus Miranda *ubi proximè.* Sic etiam in illis festivitatibus,quibus Moniales ex regula tenentur confiteri, & communicare, bene possunt earum Vicarii intrare clausuram ad celebrandum in infirmaria ad communicandas infirmas, quia quoad Communionem in casibus, de quibus suprà, nullus negat, quoad celebrationem verò permittunt: tum quia est major decentia, & reverentia Sanctissimi Sacramenti,dum Sacerdos celebrans eodem loco communicat infirmas, quàm si ex alio desumendo, clausuram associatus,ut decet,ingrediatur;tum quia maxima consolatio, & spirituale gaudium infirmæ Moniales recipient, dum Sacrum audiunt, Missamque vident, cum nullibi reperiatur prohibitum ne celebretur,au Sacrum fiat in infirmaria, in Oratorio, sive Altari, ut moris

est, approbato, & ad hoc debitè disposito, & præordinato. Ita Fr.Emman. *dict.art.4. primo casu, in 2. dub.* Fr.Ludov.Miranda *d.q.2.art.18.concl.2.* Et servandam esse hujusmodi Urbani IV. regulam pro Monialibus sanctæ Claræ factam ab aliis, saluberrima cùm habeat documenta, advertit Campan. *ubi proximè.* Et probabile est Confessarium posse intrare clausuram, non solum quando regula confiteri præcipit, sed etiam quoties infirma dixerit se indigere Sacramento pœnitentiæ, Portel. *in dub.Regul.verb.clausura Monialium, n.9.* Villalobos *in sum.tom.2. tract.35. diffic. 47. n.4.* Diana *d. p.4. tract.2. resol.67. vers.notandum.*

50 Cum verò Monialis vitam obit, non ingrediatur Sacerdos claustrum, sed exteriùs in Capella exequatur quicquid ad officium pertinet. Juxta regulam tamen sanctæ Claræ ad exequias celebrandas debet introire, si Abbatissa, & Conventus ingressum petierint, & tunc modo supradicto ingrediendus est, indutus scilicet, & cum duobus sociis, & sepulta mortua, cum eis exeat sine mora. Ita Andr.Victor. *de orig. & clausur. monial. §.an Confessor ad exequias, pag.49.* novissimè Tambur. *de jure Abbatissar.disp.24.q.5.* Fr.Ludov.Miranda *dict. quæst.1. art.7.concl.unic.vers.tertius*, ubi advertit cum Collect. privileg. ingredientes in majori numero non evadere excommunicationem Papalem, quod limitat quando Abbatissæ, & Conventui visum fuerit in die funeris, quo plures Fratres sint necessarii propter imbecillitatem Sororum, quia nempe ipsæ non sunt aptæ ad ferendam defunctam, neque ad extrahendam, & collocandam eam in sepultura, neque fortè ad id habent animum, quia tunc plures ingredi poterunt, per quos huic necessitati provideri possit, ut usus recepit. Juxta prædictam sanctæ Claræ regulam *d.c.7.* ad aperiendam sepulturam, seu postmodùm coaptandam, si Abbatissæ, & Conventui visum fuerit expediens, licitum est Sacerdoti, vel alicui alii ad hoc idoneo, cum uno socio, vel duobus intrare, & eo peracto, etiam sine mora, exire, refert Portel. *in dubiis Regul.verb.clausura, n.12.* & Fr.Ludov.Miranda *d.concl.un.vers.quartus casus.* Quoad alia alterius Ordinis monasteria certè casus iste inter casus necessitatis connumerandus venit, ideoque Superior omnibus pensatis licentiam elargietur, si cognoverit necessarium, scilicet nusquam fuisse à Monialibus, & Conversis monasterii tale ministerium exequutum, vel fuisse hactenus exequutum, & ob earum adversam valetudinem, vel imbecillitatem, sive animi exinanitionem id ipsum tunc expleri non posse, advertit Campan. *d.c.16.n.27.vers.cùm verò.* Circa hujusmodi sepulturam advertit Lezana *in summa qq.Reg.c.35. n.43. in fine*, ne in sepultura Monialium, quæ intra clausuram est, sepeliantur extranei, & addit permittendam consuetudinem sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori.

51 Medicus causa multùm gravis infirmitatis, cùm necessitas exegerit, potest ingredi, qui non absque duobus sociis de familia monasterii introducatur, nec ab invicem intra monasterium separentur, ut instituit Urbanus IV. *in secunda regula S.Claræ, c.18.* circa quem casum advertit Collect. *privileg. verb.ingredi monasteria, in 1. notab.vers.quintus casus*, quod nunc jam habetur concessio facta per Sixtum IV. ut loco duorum familiarium prædictorum sufficiat quod Medicus duabus, vel tribus Monialibus antiquis associetur, advertens etiam procedere, quoties alia non ita gravis invaletudo vexat aliquam Sanctimonialem, nempe si quartana, aliave similis, subdens quod quando gravi detenta Moniali infirmitate monasterium ingreditur Medicus, non potest ingredi cum illo famulus ejus, neque practicus, aut alia persona: ob gravem verò illius infirmitatem, præter Medicum, sive Medicos ordinarios ejusdem Monasterii, possunt & alii Medici convocari, ut tenet Campan. *d. c.16. n.27.vers.& cùm in secunda*, novissimè me citato *in hoc loco*, Tambur. *d.disp.24.q.6. n.1.& 2.* † Et hoc, ut medici supradicti intrare possint 52
Monialium monasteria, non necessariò requiritur, quod sint Doctores, aut graduati; quia Medicus non à dignitate dicitur, sed à medendo, ut tradit Bart. *in l. sciendum, ff.de ædilit. edicto*, quem sequitur Sylvester *verb.Medicus, n.1.* resolvit in terminis Fr.Ludov.Miranda *d.concl.unica, vers.quintus casus*, & Tambur. *dict. q.6. n.2.*

Minutor insuper, sive tonsor, ita quoque associatus 53
introducendus est ad emittendum sanguinem, dum tamen antea medicus sanguinis emissionem determinaverit expedire, & necessariam esse, aut si aliqua Monialis consueverit se aliquoties minuere, námque permittendum sibi esse cum consilio Præfectæ & Discretarum monasterii. Ita idem Collect. *in eodem vers.quintus casus.*

Licitum etiam est introire pro aliquo opere exercen- 54
do, quod commodè extra monasterium fieri non valet: potest exemplificari in fabricatoribus, fabris lignariis, molitoribus, putearíis, & putatoribus, nam pergulas persæpè illic habent, arboresque, præsertim in hortulis, suntque alii artifices ad res necessarias, Llam. *in append. ad suam summam Confess.* §.6. Campan. *d.c.16.num.26.* Tambur. *d.disp.24.q.6.n.6.* Fr.Lud.Miranda *dict.concl. unic.vers.septimus casus est*, ubi cum Collect. privil. & Cordub. *in addit.ad comp.verb.ingredi monasteria Monialium*, §. 33. *in explicat. septimi casus*, addit quod
† licèt Fr. Minor si fuerit artifex operis alicujus, possit 55
ingredi sicut sæcularis, de decentia tamen fieri non debet. Illud autem quod gloss. *in c.unic.de statu Monach. lib.6.* opinata est de sartoribus, si intellexit de iis sartoribus, qui Latinè ita dicuntur, & à sarriendo prodeunt, alióve nomine fossores appellantur, tunc subsistere illius dictum non dubito: quod si de illis sartoribus intellexit, qui à sarcio ita dicti sunt, alio nomine sutores, vel sarcinatores vocati, tunc ejus resolutionem non admitterem, cum illorum introitus necessarius non sit, qui plerumque mensuram metiri ab extra facilè possunt. Quando verò res aliqua nimium ponderosa defertur ad Monasterium, nec posset à Monialibus introduci, seu Conversis dando illam à foris, neque in partes dividi, ut sic partita intromittatur, tunc præcedente licentia ingredi posset, qui ad hoc necessarius esset, & cum socio, & sociis, si unus esset inhabilis, quod idem dicendum non ambigitur, si ex monasterio foret res hujusmodi extrahenda, & colliguntur ex notatis per Collect. *d. verbo ingredi monasteria Monialium, in 1. notab.vers.septimus casus.*

Cùm igitur prædictis casibus necessitatis communi- 56
ter occurrentibus, aliisque similibus, si qui sint, permissus sit ingressus supradictorum, quorum repentina opera passim sunt necessaria intra septa monasteriorum Monialium, pro illis non est necessaria in scriptis, ut firmant Fr. Joan. de la Cruz *de statu Relig. lib.1.c.5. dub.2.concl.3.notab.3.* Hieron.Roder. *in comp.qq. Regul.resol.26.n.8.* Villalob. *in sum.tom.2.tr.35.diffic.46. n.4.* & taliter ingredientes solùm dum urget necessitas permanere debent: concessum enim ob necessitatem, dicitur permissum quousque durat necessitas, ita quod cessante necessitate, debeat pariter cessare quod urgebat, ad tex. *in c.quod pro necessitate, 1.q.1.* Host. *in c.cum in cunctis, sub n.4.vers.necessitate, de elect.* Bart. *in l.1. §. nunciatio, n.28. ff.de novi operis nunciat.* Dec. *cons.* 403. incip. *Quamvis, n.18.* Tiraq. *cessante causa, à n.184.* Desideratur autem Episcopi licentia in scriptis extra illos casus necessitatis, ex dispositione Concilii Trident. *sess.25.de regul. c.5.* ibi, *sine Episcopi, aut Superioris licentia in scriptis obtenta*, Suar. *de Relig.tom.4.lib.1.c.10. n.15.* Sanch. *in præcepta Decalog.tom.2.lib.6. c.16. n.30.* Diana *moral.resol.p.3.tr.2.resol.129.*

Universi igitur, qui in aliquo ex prædictis casibus 57
ingressuri illuc sunt, non ignorent incontinenti, omníque postposita mora debere inde exire, postquam eorum

rum ministerium expleverunt, imminenti necessitati satisfecerunt, idque recto itinere exequi eos oportere, ita quod aliò non se divertant, quin etiam illic comedere, aut dormire est illis prorsus inhibitum, teste *Collect.d.vers.septimus casus*, ibi, *idem Urbanus*. Et quamvis intrantes Monialium clausuram, finitis negotiis statim debeant exire, & id facere multò sit melius, consultius, ac magis rationi congruum, nihilominus tamen quamvis aliquantulum demorentur, & se detineant ibidem, non corrupta, aut sinistra intentione, sed curiositatis, vel charitatis gratia, nec peccabunt (saltem mortaliter) nec aliquam censuram incurrent. Idemque dicendum est de Monialibus exeuntibus, & egredientibus clausuram in casu permisso, & cum debita licentia, quod non peccabunt, etiamsi finito negotio, per aliquantulum temporis amplius se detineant, quia cum hujusmodi præcepta sint moralia, moraliter sunt intelligenda, atque interpretanda, & non secundum regulas Metaphysicas, juxta quas res in puncto consistunt indivisibili: non sic autem est in rebus moralibus, in quibus quammaxima est latitudo prudentam judicio, atque arbitrio perpendenda, & consideranda. Ita Collect.privil. *d.verb.ingredi monasteria Monialium*, §.34. optimè Fr.Ludov.Miranda *d.q.2.art.10.* me citato *in hoc loco*, Tamburin. *d. disp.20. q.7.* Verùm si finito ministerio multo spatio ibi morentur ob malum finem, non solùm peccabunt mort. sed etiam incurrent excommunicationem latam à Gregor. XIII. ut sentiunt Bonac. *de clausur.q.4.punct.4.n.22.* Merola *in disp.Theolog.moral. tom.1.disp.1.diffic.7.n.498.*

59 Concessio facta alicui de intrando ad monasteria Monialium, intelligitur de prima vice, adeò quod si semel vigore illius facultatis ingressus fuerit, amplius accedere non possit: ita judicatum dicit Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccl.dec.649.in 1.edit.& resol.545.in 2.edit.* Ugol.*de offic.Episc.c.21.§.3.* Salas *de legib.disp.17. sect.13.n.61.* Diana *moral.tr.2.de dub.regul.res.38.* me citato *in hoc loco*, Tambur.*disp.26.q.1.n.2.* contra Bonac. *q.3.punct.3. n.8.* Et extendi ad socium obtinentis observant Galet.*verb. licentia* 2.Fr.Emman. *tom.3.q.6. art.2.* Aloys.Ricc. *in praxi fori Eccl.dec.649.in 1. edit. aliàs resol.632.in 2. edit.* Extra casus necessitatis dare licentiam alicui ingrediendi monasteria Monialium, ad solum Papam pertinet, ut per Concil.Trid. resolvit Fr. Laurent.de Peirinis *in form.regul. lit.M, c.3. n.4.* Mulieres autem in vim licentiarum hujusmodi ingredientes, quomodo, & cum quibus conditionibus eis uti possint, declaravit S.D.N.Urban.VIII.*in sua Constit.*incip. *Sacrosanctũ*, 29.*in ord.tom.4.Bullar.* his verbis, *Mulieres in vim licentiarum obtentarum à Romanis Pont. ingrediendi aliquod monasterium Monialium, nonnisi de expresso earundem Monialium, & illarum Superiorum consensu illud ingredi possint, aut debeant. Decernimus autem consensum dictarum Monialium de cætero per easdem Moniales capitulariter & per secreta suffragia præstandum esse, & præstari debere, aliàs licentiæ hujusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur, & quæ sanctimonialium monasteria vigore licentiarum prædictarum absque consensu capitulariter, ut præfertur, præstito ingredi præsumpserint, sententias, censuras, & pœnas contra claustra monasteriorum Monialium violantes inflictas se noverint incursuras*, refert Fr. Laurent.de Peirinis *d.c.3. n.5.*

60 Hactenus de masculis egimus, quibus licentia indulgetur pro necessitatibus occurrentibus Monialium ingredi monasteria: nunc cùm fœminæ non possint monasteria Monialium sine licentia ingredi, ut ait Bonac. *d.q.4. punct.1. n.3.* locus erit adjungere casus aliquos, in quibus fas erit fœminis ad illa intrare. Et primò licentia indulgetur volentibus intrare, uti famulabus, causa inserviendi domesticis servitiis; licitum namque videtur etiam in monasteriis Monialium S.Claræ, & aliarum, quæ à sua fundatione clausuram promiserunt, si ibi non sint Moniales laicæ, sive Conversæ servitiales, habere sæculares ancillas de licentia potentis illam dare, quia in Concil.*d.c.5.* conceditur facultas præstandi licentiam ad ingrediendum Monialium monasteria in casibus necessariis, Episcopis, aliisque Superioribus Prælatis, & certum est (ut suprà dixi) quod prædicta necessitas ad ingrediendum, seu ad existendum ibidem, non debet esse simpliciter necessaria necessitate absoluta, Logica, aut Metaphysica, extrema, aut strictissima, sed moralis, & rationabilis. Moraliter autem loquendo, quis non videat Moniales prædictas, præsertim ubi ad id non sunt aliæ Moniales laicæ, quammaximè indigere supradictis sæcularibus ancillis, ut inserviant infirmis, & exerceantur in aliis infimis ministeriis coquinæ, & aliis, in quibus commodè exerceri non possunt aliæ Moniales, quæ choro, ac divinis Officiis sunt destinatæ, & mancipatæ, tum etiam, quia post unam concessionem Pauli III. *de ann.1536.* aliam obtinuit Fr.Joan. de Aguilera Rom.Curiæ Commissarius, 27.*Sept.1569.* ut in quolibet Monialium Conventu possint ipsæ Moniales habere tres, vel quatuor ancillas pro communi servitio monasterii, si commodè eas sustentare possint, dummodo sint honestæ vitæ, & à Conventu non egrediantur. Quare ita tenent Sorb. *in sua annot. ad compend.mendicant.verb.ingredi monasteria, vers.de illis verò*, Navar. *ad d. c.statuimus, n.66.* latè & elegantèr Fr. Ludov.Mirand.*d.q.2.art.5.* me citato *in hoc loco*, Bonac. *d.punct.4.n.10.* & vide infra *n.65.* Non poterunt tamen ancillas habere, quibus liberum sit clausuram intrare, & exire quando libuerit, etiamsi adsit consuetudo, ut declaratum existit per *sacram Congregat. Concilii in una Abulen.die 20.Febr.* cui sub his verbis supplicavit Reverendissimus Episc.Abulens. *Illustrissimi, & Reverendissimi Domini. Abbatissa & Moniales monasterii sanctæ Annæ Ordinis sancti Bernardi prope, & extra muros civitatis Abulensis, quæ Episcopo Abulensi immediatè subjectæ sunt, prætendunt quod intra claustra monasterii pro servitio Monialium possunt habere, & retinere quasdam ancillas in habitu & vita sæculari degentes, quibus claustra intrare, & exire etiam quandocumque libuerit, & alias de novo posse recipere testantur: quod cùm sit contra Decreta Concil.Trid. & Apost. Constitut. Reverendiss.Dom.Episc.Abulens. Monialibus prohibuit, ne intra claustra dicti monasterii prædictas ancillas sæculares ulterius de novo reciperent, sed Abbatissa & Moniales prædictæ contra præceptum dicti Episcopi insurgunt, ex eo quod asserunt habere consuetudinem recipiendi, & retinendi dictas ancillas, quare Reverendissimus Episcopus Abulen. Illustrissimis & Rever.Dominationibus vestris supplicat, dignentur illi rescribere, quid in hoc Sacra Congr.faciendum fore dignum judicabit. In Congr. autem confirmatum, & approbatum fuit quicquid per Reverendiss. Dominum Episcopum provisum fuit, ut suprà, ac executioni demandant*, &c. refert Campanil. *d. rub.12.c.16.n.28.* & me citato *in hoc loco*, Tambur. *d. disp.24.q.16.*

61 *Secundus* casus, quo fœminis permittitur ingressus in monasteria monialium, est si causa educationis illuc velint ingredi. Diximus enim de mente Concilii Tridentini Episcopos, & Superiores Prælatos facultatem posse concedere intrandi, sive existendi in monasteriis Monialium in casibus necessariis: quod cùm ita sit, non à ratione videtur alienum dicere introductionem prædictarum puellarum sæcularium nobilium bonam esse ex casibus necessariis, & multùm toti Reip. Christianæ convenientem, ut ibidem bonis ac sanctis moribus instructæ, ad Religionem afficiantur, atque ad profitendum incitentur, & præmoneantur, aut si forsan conjugalem statum voluerint assumere, sanctè, & religiosè educatæ majorem proculdubio virtutis curam habebunt, operibúsque misericordiæ amplius invigilabunt, quæ omnia moralem quandam constituunt necessitatem, ob quam juxta Concilium licitum esse

videatur eisdem licentiam indulgere, ut intra prædictarum Monialium monasteria nutriantur. Unde *Sacram Congregat. rescripsisse Episcopo Hieracensi die ult. Augusti 1575. puellas educationis gratia licèt sacro vestitu induta non sint, non prohiberi in monasteriis Monialium retineri cum certis conditionibus ibi expressis*, referunt Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 10. Piasec. *in simili praxi, part. 2. cap. 3. n. 57.* Quarant. *in summa Bullarii, verb. Monasteria Monialium, pag. 449. in novissimpr.* Campan. *d. c. 16. n. 28. vers. secundus*, Fr. Joan. de la Cruz *d. c. 5. dub. 2. prope fin.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. quæst. 46. art. 10.* Fr. Ludovic. Miranda *d. quæst. 2. art. 6.* Azor. *d. lib. 13. cap. 8. quæs. 4.* Sanchez *d. lib. 6. cap. 16. à n. 61.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 10. n. 21.* me citato *in hoc loco*, Bonacina *d. punct. 4. n. 15.* novissimè Marc. Vulpe *in d. praxi jud. fori Eccl. c. 4. n. 16.* Gavant. *in man. Episcop. verb. Monialium educatio*, Lezana *in sum. qq. regular. c. 25. n. 29.* Andr. Victorel. *de origine, & clausur. Monial. §. de puellis sæcul. pag. 42.* me citato *in hoc loco*, Tamburin. *disp. 1. q. 1. n. 2. & seq.*

63 *Prima* igitur conditio est, ut Monasterium ubi recipiuntur, non habeat institutum in contrarium, quo id ipsum prohibeatur; nam servanda sunt cujuslibet Monasterii instituta, ut ex declarat. Illustr. Cardinal. dicit Fr. Ludov. Miranda *d. art. 6. concl. 2. vers. prima*, & colligitur ex illa Episcopo Hieracensi transmissa, ibi, *Si tamen eadem monasteria ante Concilium consueverint hujusmodi puellas recipere. Secunda*, quod prædictæ puellæ non sunt admittendæ, & recipiendæ, nisi de consensu Abbatissæ, & Monialium, & de consensu, & licentia in scriptis Superioris earundem, & constat *ex eadem declar.* ibi, *sique à Superioribus monasteriorum scriptam licentiam impetraverint, atque Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit. Unde sacra Congreg. super negotiis Episc. & Regul. præposita, in Amelien. 4. Januar. 1608.* censuit Abbatissæ relationi simpliciter standum non esse, ut puella recipi possit educationis causa in monasteriis Monialium, nisi præcedat omnium consensus singulariter præstitus, novissimè Tambur. *de jure Abbatissar. disp. 1. q. 1. n. 5. Tertia*, quod debent in monasteriis manere sine ancillis, Tamburin. *d. disp. 1. q. 2. n. 8.* nec inde exire (nisi non reversuræ) possint, & obligatæ sunt ad clausuram, & ad cætera, sicut ipsæ Moniales, alter statim excludendæ, Tamburin. *d. disp. 1. q. 2. n. 14. Quarta*, quod si semel à monasterio exierint, non sunt amplius ibidem admittendæ, & recipiendæ, nisi illæ, quæ valetudinis gratia, & alicujus infirmitatis gravis curandæ de licentia Superioris in scriptis obtenta ad balnea exierint, dummodo Abbatissæ, ac reliquarum Monialium accedat consensus, quia ob ægritudinem curandam de licentia Superioris, & consensu Abbatissæ, ac Monialium exiens, cum consensu, & licentia ipsarum potest admitti. *Quinta*, quod utatur eo vestimento, quod virginali modestiæ, & pudori conveniat, Tambur. *d. q. 1. num. 7. Sexta*, quod in prædictis monasteriis Monialium educationis gratia receptæ restituantur patribus, seu parentibus quandocunque eas petierint. *Septima*, quod non sint super numerum præfixum. Tambur. *d. disp. 1. quæst. 2. n. 6. Octava*, quod quolibet semestri eis anticipata solvatur portio pro alimentis, Tamburin. *d. quæst. 21. n. 17. Nona*, quod sit locus separatus à loco, ubi degunt aliæ Moniales professæ, & novitiæ pro dormitione, & laborerio, Tambur. *d. disp. 1. quæst. 2. n. 12. & 15. Decima*, quod puellæ delectæ ex hospitalibus, & aliis piis locis, donec offeratur occasio, sive facultas ipsas nubendi, quamvis in prædictis Monialium monasteriis recipi possint, ut ibidem inserviant, nulli tamen Moniali privatim, atque in particulari possint inservire. *Undecima*, quod licèt puellæ, quæ jam à parentibus suis ad Religionem destinatæ fuerint, in habitu sæculari septimo, vel octavo ætatis suæ anno in Conventibus, seu monasteriis Monialium possint recipi, ibique manere usque ad duodecimum, vel decimumquartum annum, ut sic possint litteras, & cantum addiscere, ac bonis moribus imbui, expleto tamen prædicto tempore, si Religionem elegerint, habitu regulari induantur, sin autem id renuerint, liberè in domum parentum suorum mittantur, & amplius monasterium non ingrediantur. Tambur. me citato *in hoc loco, d. q. 2. num. 18.*

Puellæ hujusmodi causa educationis in monasteriis 64
recipi non possunt minores septennio, & majores vigesimoquinto, ut decisum *à Sacra Congreg.* referunt Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Monialis 5.* Zerola *in praxi Episc. p. 1. verb. Moniales*, §. 11. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol. 641. in 2. edit.* Lezana *d. c. 25. n. 29.*† Postquam verò præteriit tempus 65
annorum 25. intra quod illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egreditur, neque ipsa, neque alia quævis incidit in excommunicationem, seu censuram, sed potest Episcopus terminum constituere, intra quem eligat puella, utrum velit Monialis fieri, aut è monasterio egredi, juxta alteram ejusdem Congreg. declarationem, cujus testes sunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 16. n. 54.* Campan. *d. c. 16. n. 29.* me citato *in hoc loco*, Bonac. *d. puncto 4. n. 16.* Tambur. *d. quæst. 2. num. 9.* novissimè me etiam citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regular. verb. educatio, num. 9.*

Famulas sæculares pro totius monasterii obsequio possunt Moniales habere, quando ibi non sunt Conversæ, quæ istud ministerium exercere valeant, dummodo foras non exeant, & admittantur de licentia Superiorum, Nav. *d. comm. 4. de regul. n. 66. & 67.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 16. n. 66.* Laurent. de Peirinis *tom. 2. privileg. Minimor. in constit. 6. Pii V. n. 31.* & dixi suprà *n. 60.* Pro privato autem ministerio alicujus Monialis nobilissimæ ægræ valetudinis, aut nimiæ senectutis, existimavit Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 46. art. 9.* posse superiores ancillas concedere, sed id non esse licitum resolvit Miranda *d. tr. de sacris Monial. q. 2. art. 9.* saltem sine licentia Sedis Apost. Gavant. *in man. Episc. verb. Monialium receptio, n. 14. cum seqq.* Monialibus verò S. Claræ ancillæ non dantur in communi, ex decisione *S. Congreg. Conc. in Tarentin. 12. Aprilis, & in Foglinensi 22. Novemb. 1619.* nec pro puellis educandis, *S. Cong. negotiis Episc. & Regul. præposita in Neapol. 12. Mart. 1619.*

Quoad mulieres verò nuptas dicendum in monaste- 66
riis Monialium recipi non debere, & ideò *à Sacra Congreg.* rejectam fuisse petitionem cujusdam Comitissæ, quæ propter quandam infirmitatem à suo marito volebat separari, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monialium monasterium, ut asserit Fr. Ludov. Miranda *d. q. 2. art. 6. concl. unic.* Illæ tamen, quæ sunt in discordia cum maritis, & eorum sævitiam timent, si extra culpam sunt, quandiu justam causam timendi habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tolerari; in posterum verò hujusmodi mulieres non possunt recipi. Ita referunt decisum Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales*, §. 12. Campan. *d. c. 16. num. 30.* me citato *in hoc loco*, Bonac. *de clausur. q. 4. punct. 3. n. 17.* & Tambur. *disp. 24. q. 14. n. 1.* Mulier verò, quæ venit in suspicionem marito, & timet ob id ne ab eo vis aliqua inferatur, debet permitti ut possit ingredi monasterium Monialium, si modò Constitutiones monasterii non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire; & si semel exierit, nunquam postea in idem monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ Moniales, & stare sine ancillis, & servare conditiones alias supra positas, referunt quoque decisum Zerola & Campan. in locis proximè citatis, Fr. Joan. de la Cruz *d. c. 5. dub. 2. concl. 3. in fine*, me citato *in hoc loco*, Tambur. *d. q. 14.*

Respectu

67 Respectu verò viduarum scio quoque decisum, quod illæ, quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in monasterium, modò sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque Monialium pareant, tolerari debent, nisi Moniales fieri vellent. Et advertendum duxi non posse Episcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, atque in habitu laicali permanere, etiamsi toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellet, quia in istis nulla adest causa necessaria, referunt decisum Fr. Ludov. Miranda *d. art. 6. concl. unic.* Campan. *d. c. 16. n. 30. vers. & respectu, & n. 31. vers. tandem*, me citato *in hoc loco*, Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 9. q. 31. in fine*, me citato Lezana *d. c. 25. n. 28. & 30.* & me citato Tambur. *d. q. 14. n. 3.* & Navar. *in lucerna regul. verb. educatio, n. 13.*

68 Non potest præstari matribus licentia ingrediendi monasteria Monialium, etiam ad invisendas filias morti proximas, quia iste matrum ingressus non est medium adeo necessarium ad medendum hujusmodi ægritudinibus, nec ad tollendas infirmitates, in quibus filiæ sunt constitutæ; immò ipsis filiabus Monialibus damnosus, atque nocivus & corpori, & animæ: nam præ nimia amoris teneritudine in præsentia matrum affligentur & ipsæ filiæ, distrahenturque ab intentione charitatis, & amoris, quem (maximè in tali transitu) habere debent erga Deum, quo naturali amore distractæ impedientur etiam, ne sursum corda sua levare possint. Quare sic decisum fuisse per *sacram Congregationem* referunt F. Ludov. Miranda *d. q. 2. art. 8.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales*, §. 8. *versic. secundò*, Fr. Joan. de la Cruz *d. c. 5. dub. 2. concl. 3. notab. 3.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 46. art. 11.* Quaranta *dict. verb. monasteria Monialium, versic. sed an liceat, pag. 453. in novisf. impr.* Lezana *d. c. 25. n. 31.* me citato *in hoc loco*, Tambur. *disp. 24. q. 17.*

69 Pro meliori Monialium clausuræ observatione, & ne illæ à Divinis aliquatenus hominum colloquiis videantur separari, Alexand. III. *in c. monasteria 8. de vita & honest. cleric.* constituit, quod frequentans monasteria Monialium, & monitus non desistens, si clericus sit, deponatur, si verò laicus, excommunicetur, ex quo textu glossa ibi asserit istam frequentiam non in unico actu exemplificari, sed pluribus, scilicet duobus, sequitur Abb. *n. 5.* frequentia enim ex duabus vicibus inducitur, juxta resoluta per Mascard. *de probation.*

70 *concl. 424. n. 16.* & in terminis quod † frequentia alloquendi cum Monialibus inducatur ex duabus vicibus, tenent Cosm. *in pragmat. ad c. frequens, §. quapropter, fol. 54.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap. 393. n. 17.* Zerola *d. verb. Moniales*, §. 7. ubi etiam dicit, quod circa frequentiam locutionum clerici cum Monialibus non est restringendum dictum illius glossæ, quia frequentare non intelligitur, etiam qui tribus annis duodecies alloqueretur. Ego tamen credo melius dicendum istius frequentiæ declarationem, si ea intercedat in hoc casu, remittendam esse judicis arbitrio, Navar. *in d. cap. statuimus, n. 61. vers. quibus addo, & in cap. cùm consideret, vers. multiplici, n. 23. de Pœnit. dist. 5.* Campan. *d. c. 16. n. 40.* Sanchez *d. lib. 6. c. 16. à n. 109.*

71 Locutio cum Monialibus strictissimè prohibetur in Concilio II. Hispal. relato ab Ambrosio de Morales *part. 2. chronicæ Hispaniæ, lib. 2. c. 15. fol. 115.* & si adsit scandalum, prava intentio, occasio peccandi, vel suspicio de fama monasterii, ut ferè semper ex frequenti ista allocutione Monialium insurgit, sine dubio est peccatum mort. propter gravitatem materiæ; Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27.* Lezana *d. c. 25. n. 36.* Debet autem adesse legitima causa, ob quam permittatur alloquutio cum Monialibus, & accessus ad earum monasteria, cum non sufficiat occasio consanguinitatis, Zerola *d. verb. Moniales*, §. 7. *vers. circa secundum*, Stephan. Gratian. *d. c. 393. n. 16.* Unde contra Laicos sine manifesta & notabili causa frequentantes monasteria Monialium fertur excommunicatio comminatoria, quam solo frequenti accessu non incurrunt, nisi ab Episcopo moniti, ut desistant, nolint ab accessu desistere, *d. c. monasteria*, ibi, *si Laici, excommunicationi subdantur*, &c. refert Bonac. *de clausura Relig. q. 3. punct. 4. n. 1.* resolvit Bobad. *in sua politica, lib. 2. c. 17. n. 50.* Contra Clericum verò frequentantem monasteria Monialium, si ab Episcopo monitus corrigi noluerit, ferenda est pœna suspensionis, *d. c. monasteria*, ibi, *si quispiam clericus sine manifesta & notabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur* (id est, *moneatur*, seu *monendo corrigatur*) *& si non desiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis* (id est, suspendatur ab officio Ecclesiastico.) Ita Bonacin. *dict. punct. 4. n. 2.* Regulares ab ipsarum Sanctimonialium habitatione, & collocutione antiquitus arcebantur, atque adeo quod si contigisset videre aliquam propinquam coram Abbatissa, permissum erat illi confabulari per modica, & compendiosa verba, breveque tempus, juxta *c. diffinimus, 18. q. 2.* consimileque decretum prodiit ex *d. Concil. Hispalensi*, registrato *in c. in decima, eadem causa, & q.* præcipiente respectu Monachorum, ut remoti ab illarum familiaritate degerent, nec usque ad vestibulum haberent accedendi familiare permissum, & neque Abbati, vel ei, qui præficiebatur, extra eam quæ præerat, loqui Virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem earum pertineret, licuisse, neque cum ea sola, quæ præerat, frequenter eos loqui potuisse, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita ut rara esset accessio, & brevis omninò loquutio.

72 His etiam nostris temporibus per Decretum *sacræ Congr. circa Episcopos, & Regulares jussu Sixti V. sub Nonis Maii* 1590. prohibentur iidem Regulares ad Monialium monasteria cujuscumque Ordinis accedere, & aufertur Episcopis, aut aliis Superioribus omnis potestas concedendi illis licentiam illuc eundi, & cum eis alloquendi, sibique eam facultatem retinuit eadem *sacra Congregatio.* Decretum autem hujusmodi est, quod sequitur. *Illustr. & RR. DD. Cardinales Sacræ Regularium Congr. Præfecti, ad occurrendum scandalis, quæ contingere possunt, aliisque justis & rationabilibus causis animum ipsorum piè moventibus, de speciali, & expressò mandato S. D. N. Sixti divina providentia Papæ V. vivæ vocis oraculo eis facto decreverunt, & mandaverunt, nulli posthac Religioso, cujuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore, cui monasterii seu domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario, cùm ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis,) licere absque licentia expressa ejusdem S. Congr. accedere ad monasteria seu domus quarumcunque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordinis, ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei & ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu locorum Ecclesiis, sive oratoriis exterioribus, sive extra claustra existentibus mitti contigerit, prohibuerunt ne dicti Religiosi ullo quæsito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentem alloqui possint. Confessariis autem similiter interdixerunt, ne in ædibus monasterii, seu domus, vel monasterio, seu domui Monialium Sororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant; vel aliàs secum retineant; neve extra tempora generalium Confessionum (quibus solum tantum Confessario refectionem diurnam accipere vix permittitur; & tunc demum videlicet, cùm sua habitatio, aut virorum domus, vel monasterium, in quo degit, à Monialium, seu Sororum monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen & eo casu contrarium specialiter constitutum sit) ibi ullo modo cœnedant, reficiantur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub pœnis privationis officiorum*

ac vocis activæ & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque ejusdem Congr. arbitrio præceperunt inviolabiter observari, injungentes cunctis RR. Patribus Generalibus,&c. cujus decreti tenorem referunt Sorb. *in compendio Mendicantium, verb. ingredi monasteria.* Quarant. *dict. verb. monasteria Monialium, pag.*451. *in noviß. impress.* Campan. *d.c.*16 *n.*43. *vers. Illustrissimi,* ubi etiam asserit, Decretum hoc fuisse extensum ad Regulares sancti Joannis Hierosolymitani per *sacram Congreg.* Vicario Neapol. rescribentem,& Bonac. *de clausura regul.q.*2. *punct.*4. *n.*3. ubi *n.*4. tenet hoc decretum obligare sub mortali, & Coriolan. *de casibus reservatis, p.*2. *casu* 3. *n.*42. refert hoc ipsum fuisse decisum in hæc verba: *Sacra Congr. die* 1. *Julii* 1606. *attentis narratis, ac dubio præfato maturè discusso, ac examinato censuit, ac declaravit Regulares accedentes ad monasteria Monialium contra formam decreti, quo hujusmodi accessus per sacram Congr. prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ & passivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis*, & de hoc decreto meminerunt Laurent. de Peirinis *tom.*2. *privileg. Minimor. in constit.*6. *Pii V. num.*36. Lezana *in summa quæst. regular. cap.*25. *n.*37. *vers. quod decretum,* ibi, *insuper præter prædictas pœnas peccare.* Salas *in part.*2. *disp.*15. *sect.*1. *conclus.*2. *n.*16. Bonac. *de clausura, quæst.*3. *punct.*4. *n.*4. Diana *moral. resol. part.*1. *tract.*10. *resol.*22. Tambur. *de jure Abbatissar. disp.*25. *q.*5.

Novissimè *à Sacra Cardinal. Congreg. sub* 12. *Kalend. Decembris* 1623. de mandato S.D.N. Urbani VIII. *concessum fuit Episcopis, ut licentiam dare valeant Religiosis alloquendi Moniales, servatis certis regulis, & conditionibus,* ut patet ex ipso sacræ Congreg. decreto, in quo sic habetur: *Et quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possunt per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possit, id verò non aliter quàm servata ad unguem forma infrascripta: Ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigiliis, prædictæque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, consignetur Confessario Ordinario monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & auscultatrices de more, non autem aliæ assistant: prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, & in libris Cancellariæ ejusdem Ordinarii annotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter quàm servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis S. D. N. & sacræ Congreg. transgressores, & judicium reformident. Regulares autem pœnis in supradicto decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se noverint esse addictos, & arbitrio sacræ Congregationis severiùs puniendos. Romæ Kalend. Decembris* 1623. referunt Lauret. de Franchis *de controvers. inter Episcopos & Regular. pagina* 225. Lezana *dict. cap.*25. *num.*36. *vers. quod decretum,* Bonacina *dict. punct.* 4. *num.* 4. ubi *num.*5. resolvit Religiosos præfatis pœnis affici unico accessu, quia Decretum loquitur de accedentibus sine licentia sacræ Congregationis, non verò de frequentantibus: & *num.* 6. asserit Religiosum in conscientia teneri has pœnas spontè subire ante sententiam Judicis declaratoriam, si loquamur de privatione vocis activæ, & passivæ; & quia ad executionem hujus pœnæ nulla hominis actio requiritur. Coriolanus verò *de casibus reservatis part.* 2. *n.*43. asserit pœnam illam privationis vocis activæ & passivæ taxatam à Congregat. Illustrissimorum DD. Cardinal. contra Regulares alloquentes cum Monialibus, si delictum est occultum, non teneri quem subire, nec se prodere in foro contentioso, sed procurare rehabilitationem secreto modo: unde nec statim debet officium suum relinquere cum jactura suæ famæ & honoris, ut tenent Cordub. Novar. Sot. & alii, licèt in foro conscientiæ secus sentiat Portel. *in dubiis Regularibus, verb. electio, num.* 17. vide quæ tradit Suar. *de legibus lib.*5. *cap.*9. maximè *n.*5. & 6.

Regularis absque legitima licentia accedens ad monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, à diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apostol. delegato coërceri & puniri potest. Ita per *sacram Congregat. Concilii* fuisse decisum referunt Novar. *in sum. verb. clausura & accessus, num.*8. & Tamburin. *d. disp.*25. *q.*5. *n.*4. *fin.*

Dubitari potest an Regulares adeuntes monasteria Monialium absque Episcopi licentia, incidant in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit? videbatur quod sic, per text. *in c.*1. *de privil. in* 6. & per ea quæ resolvunt Jacob. de Graff. *in dec. aureis, p.*1. *lib.*2. *c.*39. *n.*68. Navar. *cons.*2. incip. *Regulares, de sentent. excomm.* Campan. *d. cap.*26. *num.*42. intendentes respondere textui *in Clement.* 1. *de privileg.* & *Sacra Congreg.* idem censuit, nisi Regulares illi haberent ex privilegio, quod non possint excommunicari, *sub die* 19. *Aprilis* 1587. ex Capucinis refert Fr. Emman. *tom.*1. *q.*45. *art.*2. *in fine,* referunt etiam Quaranta *d. verb. monasteria Monialium, vers. dubitari, pag.*453. *in noviss.* impress. Campan. *d. n.*42. *in fine,* Marcel. Vulpe *d. cap.*4. *num.*8. Suar. *de Relig. tom.*4. *lib.*... *c.*10. *num.* 27. Lezana *d. c.* 25. *num.* 35. Diana *part.*3. *tract.*1. *resol.*103. Tamburin. *d. disp.*25. *q.*9. ex eo quia à non suo judice nemo potest ligari, sicut nec solvi, *c. cùm inferior, de majorit. & obed.* tum quia jurisdictio, ad quam pertinet potestas ligandi censuris, non convenit Episcopo in exemptos, Henriq. *in sum. lib.*7. *cap.*25. §.7. *liter. K,* tum etiam, quia Episcopus non potest exemptos excommunicare, suspenderes, vel interdicere, si privilegium speciale habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, *c.* 1. §. *in eos autem, de privileg. lib.*6. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *disp.*33. *num.*23.

Prædicta censura per statutum, aut edictum Episcopale ipso jure adversus adeuntes Monasteria Monialium, & cum illis alloquentes, comprehendit etiam accedentes ad monasteria exempta Monialium subdita Regularibus, qui non subsunt jurisdictioni Episcoporum, existentia intra suam diœcesim. Ita cum Geminian. *in cap.*1. §. *& quoniam, num.*8. *de statu Regular.* optimè resolvit Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*393. *num.*23. *cum sequent.* & latè per multa fundamenta Lauret. de Franchis *ubi suprà, pag.*228. *& seqq.* Bonacina *de clausur. quæst.*3. *punct.*4. dum tamen expressè vetitus fuerit accessus ad monasteria etiam exempta, alioquin generica prohibitio non afficit euntes ad exempta, Sylvest. *verb. excommunicatio* 2. *num.*14. Summa Rosel. *eodem verb.*7. *sub num.*4. Roland. à Valle *consil.* 33. incip. *Illustris, sub num.*32. *volum.*3. quos refert, & sequitur Campanil. *dict. cap.*16. *num.*45. me citato *in hoc loco*, Tamb. *d. disp.*25. *q.*7. *&* 9. *n.*1. *in fine,* Novar. *in sum. Bullar. tit. de clausura & accessu, num.*15. † Et comprehendere tam subditum, quàm non subditum, ex eo quod Episcopus imponens pœnam eunti ad monasterium, istud ire est delinquere, & sic delictum est factum in loco non exempto, licèt sit consummatum in loco exempto, quod Ordinarius poterit punire, resolvit post Roland. *dict. consil.* 33. *num.* 16. Stephan. Gratian. *ubi proximè*, & me citato *in hoc loco*, Bonac. *de clausur.*3. *p. punct.*4. *num.*1. *prope fin.* Unde non videtur tuta resolutio Jacobi de Graff. *in suis decis. aureis lib.*5. *cap.*2. *num.*19. dicentis quod si Constitutio excommunicaret committentem aliquod facinus, aut aliquid

aliquid inhonestum exequentem in monasterio quocumque, etiam exempto, vel inhonestè proferentem verba Monialibus, non eum ligaret, qui illa ageret in monasterio exempto, nisi intelligamus de monasterio exempto sito etiam in loco exempto; si verò sit in diœcesi alicujus Episcopi, & verba foris proferantur, vel ad illud eatur intentione proferendi illa, credo excommunicationem non evitare, propter rationem quam affert Stephan. Gratian. *loco citato*, & hoc tempore evidenter hoc ipsum colligitur ex Constit. Gregor. XV. *de exemptorum privilegiis*, incip. *Inscrutabili*, de qua suprà *alleg.9. in fine*, & ex decreto *Sacr. Congreg.* approbante S.D.N. Urb. VIII. *de anno* 1624. refert Bonacin. *dict. quæstione* 2. *puncto* 4. *num.* 8.

76 Quo verò ad licentiam petendam pro accessu ad hæc monasteria exempta, opus est ab Episcopo loci eam obtinere, ultra aliam superioris Regularis, juxta supradicta, quod hodie admittitur si consuetudo suppetat, quia refertur *Sacram Congreg.* censuisse facultàtem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum Monialibus Regularibus subjectis, spectare ad ipsos superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitimè præscripta, ut hujusmodi licentiæ, etiam quoad monasteria, quæ Regularibus subsunt, ab Episcopo tantùm, vel ab Episcopo, & Superiore Regulari conjunctivè obtinerentur; tunc enim consuetudinem esse observandam voluit. Ita aiunt Quaranta *dict. verb. monasteria monialium*, *vers. hic tangenda*, *pag.* 453. Campan. *d. cap.*16. *num.*45. me citato *in hoc loco*, Homob. *de examine Eccles. tract.*11. *cap.*29. *in fin.* latè me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatissar. disput.*26. *quæst.* 2. Piasec. *in praxi Episcop. part.*2. *cap.*3. *num.*54. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ*, *lib.*2. *titul.*18. *leg.*7. *de Relig. num.*99. Et *Sacra Congreg. negotiis Episcoporum*, & *Regularium præposita in Camerinen.* 21. *Febr.*1617. censuit, *licentiam alloquendi Moniales regularibus subjectas concedendam esse ab Episcopo, seu ejus Vicario generali, & à Superiore regulari, cui Moniales ipsæ subjectæ sunt, conjunctim, ita ut idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat: Edicta verò, quibus personis sæcularibus ad earundem Monialium monasteria accessus prohibetur, ab Episcopo duntaxat subscribenda, & publicanda esse.*

77 Quamvis Jure communi reperiatur prohibitum Monialium frequentare monasteria, & ad eadem accedere sine justa, manifesta, & rationabili causa, & Superioris licentia ejus, ad quem illam dare spectat, ut supra dixi; non tamen jure reperitur prohibita missio litterarum, seu epistolarum ad moniales ipsas, nisi speciali edicto fiat: unde Navar. *in d. cap. statuimus*, *num.*61. ait Romæ factum fuisse olim edictum, ne quis vir, vel fœmina nocte, vel die loquatur, vel scribat alicui Monachæ, vel Prælatæ, vel Zitellæ, sive puellæ in monasterio inclusæ, quacumque de causa, sine licentia Vicarii Papæ, vel protectoris Ordinis, sub pœna quingentorum ducatorum, & alia arbitraria, excepto deferente eleemosynam, vel opera ab eis facienda, qui solam Abbatissam, vel Vicariam poterit alloqui: & idem Navarr. *consil.*60. *de sentent. excommun.* refert etiam prohibitionem quandam, quam fecit Gregor. XIII. sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Fratribus cujusdam Religionis, ne litteras aliquas scriberent ad Moniales sui Ordinis, cujus occasione quærit an fuerit excommunicatus quidam Frater, qui epistolam quandam scripsit ad Monialem, sed tamen illa ad eandem non pervenit? In qua partem negativam sequitur, nempe quod prædictus Frater non remansit excommunicatus, nec censuram aliquam incurrit, quamvis mortaliter peccaverit, quod ibi multis probat, sequuntur Fr. Emman. *tom.*1. *q.*45. *art.*3. Sanch. *d. lib.*6. *cap.*16. *à num.*117. Bonacin. *de clausur. q.*3. *punct.*2. *n.*6. Tambur. *d. disp.*25. *quæst.*8. *vers. ad* 6.

Quæstio non est contemnenda, an scribens litteras 78
Moniali, & mittens, incidat in præfatam censuram comminatam ab Episcopo adversus euntes in monasteria Monialium? In qua quæstione affirmativa pars videtur probari ex textu *in cap. clericus*, *distinct.*81. ubi illis pœnis, quibus prohibetur clericis accessus ad matronarum domicilia, eisdem illis interdicitur aliquid secreti per domesticos matronæ mandari: tum
† quia per epistolas cum absentibus tanquam præsen- 79
tibus loquimur. Peregr. *cons.*94. incip. *Ex facto subjecto*, *num.* 9. & 14. Unde Hieron. *in epistola ad Nicam. Quid est, ut ita dicam, tam præsens inter absentes, quàm per epistolas & alloqui, & audire quod diligas?*
Tum † quia veritus loqui cum excommunicato, est 80
insuper prohibitus nuntium, vel litteras illi mittere, juxta glos. *verb. participatione*, *in c. constitutum* 9. *de sent. excommun. lib.*6. *& gloss. verb. litteris*, *in Clem. ult. eod. tit.* Covar. *in c. alma*, *part.* 1. §. 2. *num.* 1. Suar. *tom.*5. *de censur. disp.*15. *sect.*1. *n.*2. Sayr. *eod. tract. lib.*2. *c.*13. *num.*2. post multos Bonac. *eod. tract. q.*2. *punct.*6. §. 2. *n.*2.

Sed his non obstantibus in contrariam opinionem 81
potiùs inclinarem, quam sequuntur Aloys. Ricc. *in praxi aurea*, *resol.*65. *per totam*, & me citato *in hoc loco*, Homobon. *de examine Ecclesiast. tract.*11. *cap.*3. *quæst.*3. *supp.*2. D. Roder. à Cunha *ad cap. relatum*, *n.*8. *dist.*81. me etiam citato *in hoc loco*, Tamburin. *d. disput.* 25. *quæst. ult.* quia prohibitio accessus, & loquutionis cum Monialibus, ob id fit, ne illæ ab Officiis divinis abstrahantur, & in mundanis colloquiis tempus consumant, vel ad peccatum incitentur; quod quidem deest dum litteræ mittuntur: tum quia † omnis 82
censura est pœna, ut constat ex ejus diffinitione, quam adducit Bonacin. *de censur. disp.*1. *punct.*1. *q* 1. *n.*1. & excommunicatio est censura, ut demonstrat illius definitio, de qua Navar. Suar. & alii citati ab eodem Bonacin. *disput.*1. *q.*1. *punct.*1. *num.*2. me citato *in hoc loco*, Diana *moral. resol. part.*2. *tract.*2. *miscel. resol.*32. *in fine*: excommunicatio est pœna, quæ cùm sit lata contra euntes, & loquentes, non comprehendit mittentes, quia ad alios casus extendi non debet, *l. factum cuique*, §. *in pœnalibus*, ubi Dec. *ff. de regul. jur. cap. in pœnis*, *eod. tit. lib.*6. me citato *in hoc loco*, Diana *moral. resolut. part.*1. *tract.*4. *resol.*23. *vers. adde illud*, etiamsi extensio fiat ex similitudine rationis, ut dictum est pluribus citatis Doctoribus *in libello de princip. utriusque juris*, *litt. P*, *num.*15.

Non obstat igitur text. *in d. cap. clericus*, quia re- 83
spondetur ibi ex eo prohiberi aliquid secreti per domesticos matronæ mandari, quia plerumque fit ad malum finem, occultè enim & clandestinè facta suspicione non carent, *c.*1. §. *cùm enim*, & *ibi* gloss. *verb. occulta*, *ut Eccles. beneficia sine dimin. confer.* † Malè agens 84
odit lucem, ex auctorit. Christi Domini, *Joan.*3. refertur *in c. consuluit* 24. ubi gloss. *verb. qui malè*, *de offic. deleg.* cum citatis *in d. libello de princ. utriusque juris*, *litter. M*, *n.*6. & ideo præsupponit text. eisdem matronis posse mandari omne, quod secretum non fuerit. Nec etiam obstat, quod vetitus loqui cum excommunicato, est etiam prohibitus litteras, vel nuntium illi mittere: respondetur enim maximam considerari distantiam inter mittentes litteras Monialibus, & mittentes excommunicatis: quia cum Monialibus inhibetur loquutio, cum excommunicatis verò participatio, quod verbum tanquam latius, complectitur etiam litteras, aut nuntium mittentes, Socin. *in l.*1. *n.*7. ubi Jas. *n.*14. *ff. de verb. oblig.* Quare debent Episcopi expressis verbis excommunicare etiam mittentes ad Moniales nuntium, vel epistolas, & suo edicto prohibere fœminis accessum ad monasteria Monialium, non omnibus tamen, sed tantum deferentibus litteras ex parte virorum, vel ambassiatas continentes aliquid turpe, & inhono-

stum, aut quoquo modo hominis cujuslibet desiderium explicantibus, aut insinuantibus explicitè, vel implicitè, quia internunciæ persæpè sunt, atque ad malum hortatrices.

Loquens cum Moniali audiente, sed non respondente, ligatur excommunicatione lata contra alloquentes Moniales, ut resolvit Jacob. de Graff. *tom.1. cons.22. de sement. excom. num.5.* quem refert Tamb. *d.disp.25. q.8.vers. ad secundum*, ubi advertit, in eandem excommunicationem non incidere Monialem quæ audit, & tacet: & *in vers.ad primum*, tenet eam incurrere, qui de domo sua prope monasterium cum Monialibus intra clausuram existentibus loquitur: & *in vers. ad nonum*, ex nostra collect. Bullarii refert censuisse *Sacram Congreg. Concilii in Verulen. 29. Januarii* 1633. *Moniales regularibus subjectas alloquentes cum Regularibus etiam ejusdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus, incurrere pœnas, & censuras à Conciliis Provincialibus, vel edictis Episcopalibus in similibus appositas.*

85 Post hæc advertendum opinor, præfatam clausuram non modò conservandam esse in monasteriis Monialium, ne quis tam masculus, quàm fœmina ingredi in ea audeat, verùm etiam in monasteriis ipsis virorum, non tamen, ut ita dicatur prohibitus omnis cujuscunque sexus intrare in illa, sed mulieres duntaxat, ut omnis radicitus evellatur occasio violandi votum castitatis, *cap.pervenit*, 18. *quæst.2.* Si verò intrare præsumpserint, afficiuntur excommunicatione reservata, etiamsi ingrediantur absque prætextu facultatum, ut ex declaratione Pii V. quam ex Alexandro Cardin. Cribello refert Quaranta, resolvit Bonacina *de clausura relig. quæst.5. punct.3.* & ex praxi sacræ Pœnitentiariæ probat Filliuc. *tract.13.cap.5.quæst.7.num.118.* licèt illi non adhæreat Suar. *de relig. tom.4. lib.1. cap.7.num.8.*

86 † Religiosi verò qui faciunt, aut permittunt fœminas ingredi sua monasteria prætextu facultatum à summo Pont. vel ab aliis concessarum, incurrunt excommunicationem Papæ reservatam, & privationem dignitatum & beneficiorum, & inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda, ut expressè patet ex Motu Gregor. XIII. incip. *Ubi gratiæ.* Alii verò Religiosi, qui fœminas in monasteria intromittere, vel admittere præsumunt, etiamsi fœminæ absque prætextu facultatum ingrediantur, incurrunt ipso facto suspensionem à Divinis, & præterea privationem officiorum & inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda, ut expressè decernitur in Constitut. Pii V. incip. *Regularium personarum*, observant, & multipliciter declarant Coriolanus *de casibus reservatis part.2. casu 3. à num.36.* & Bonac. *d. punct.3. num.1.* Suar. *tom.4. tract.8.lib.1.de relig.cap.7.num.9.* Lezana *in sum. quæst. regul.cap.10.num.9.* ubi *n.10.* subdit permitti posse intrare in monasteria Religiosorum puellas parvulas, Imperatricem, & Reginas, earumque filias.

87 Dubitari potest quid intelligatur nomine monasterii, in quod fœminæ intrare non possint? Et intelligi totum illud spatium, quod intra monasterii septa continetur, videntur sentire Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1.q.46.art.1.* Sanch. *in præcept. Decalogi tom.1.lib.6. c.17.num.12.* Bonacin. *de clausura religios.q.5.punct.1. n.1.* Lezana *d.c.10.n.11.*

88 Hortos Religiosorum contiguos subjectos esse clausuræ, ac proinde in eos non licere mulieres introducere, asserunt Sorb. *verb. ingredi* 1. Sanch. *d.c.17. num.15.* Coriol. *d. casu 3. n.30. vers. tertiò*, Bonac. *d. punct.1.n.6.vers.quintò*, Lezana *ubi supra.*

89 Sacristiam, ad quam non patet aditus nisi per claustra monasterii, subjici clausuræ, ac proinde mulieres nullo modo illuc ingredi posse, contra Sanch. *n.17.* dicto loco, observant Coriol. *d. cap.3.n.31.vers. quæritur quartò*, Lezana *d.n.11. vers. Addunt alii*, & Bonac. *d.punct.1.n.4. in versic. si verò*, advertit Sacristiam, si duas habeat portas, unam in Ecclesia existentem, alteram in claustro Religiosorum, comprehendi nomine monasterii: & *in vers. in praxi*, cum Sanch. *d. n.17. ad finem*, subdit in praxi non esse condemnandos illos Religiosos, apud quos usu receptum est, ut fœminas in Sacristiam causa Confessionum audiendarum, aut alia de causa admittant, quia non omninò perspicuum est Sacristiam sub monasterii nomine comprehendi.

Infirmarias, seu domos deputatas ad recipiendos 90
infirmos, vel ad excipiendos Religiosos tanquam hospites, non astringi clausuræ, quia nomine monasterii non comprehenduntur; non enim Conventum habent & Ecclesiam, referunt *Sacram Congr.* censuisse Sorb. *verb. ingredi, n.11.* Sanch. *d. c.17. n.19.* Coriol. *d.cap.3. num.29. vers. quæritur secundò, in fine.* Bonac. *d.punct.1.num.5.*

Utrùm autem liceat introducere aliquam mulie- 91
rem medicam in dormitorium pro curatione alicujus Religiosi infirmi? Respondet Coriol. *d. c.3. n.32.* quando infirmitas non potest aliter curari, nisi ope & arte illius, nec infirmus posset in Ecclesiam, vel aliò extra venire, quod tunc licet mulierem medicam cum honestis personis associatam cum licentia Provincialis, vel Guardiani in infirmariam, ubi Frater infirmus manet, introducere; asseritque idem dicendum videri, si quis Religiosos absconderet pro aliquo bono fine aliquam mulierem, utputà dum fugit persequentes, qui ei ad vitam, vel honorem insidiantur, quia pœnæ assignatæ in decretis summorum Pont. prædictorum imponuntur contra eos, qui temerario ausu, & præsumptione eas introducunt, quoad primam partem sequuntur Fr. Emman. *quæst. Reg. tom.1. quæst.46.art.7.* Sanch. *d.lib.6.c.17.n.30.* Lezana *d. c.10. n.10.*

Pius V. *in sua Constitut.* incip. *Regularium personarum*, & Greg. XIII. in altera incip. *Ubi gratiæ*, revocarunt, & annullarunt omnes licentias, facultates, & indulta, quibuscumque personis sexus fœminini antea concessa, intrandi virorum monasteria, vel domos, etiamsi ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel supplicationem concessæ, & confirmatæ fuerint, atque etiam iteratis vicibus renovatæ, prout refert Fr. Joan. de la Cruz *d.c.5.dub.1. concl.1.* ubi etiam probat sub illis Constit. non comprehendi Imperatrices, Reginas, Infantes, & ancillas, quas secum deferunt, & expressè quod præfatæ Reginæ, Imperatrices, ac ipsarum filiæ possint monasteria virorum ingredi, etiamsi nullum habeant privilegium, tenent Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1.q.48. art.1.versic. circa quam Decretalem*, Sanch. *d.cap.17. n.5.* Soar. *tom.4.de Relig.lib.1.c.7.n.5.* quos refert, & sequitur Bonac. *de claus.relig.q.5.punct.2.n.5.*

Ex verbis cujusdam declarationis Pii V. constat 93
omnibus mulieribus licere ingredi cum aliis Catholicis personis claustra, & alia similia loca, præter officinas interiores monasteriorum Regularium ex causa processionis, ordinariæ scilicet, & solitæ, vel quando in eis Missa, & alia divina Officia celebrantur, & quando fidelium cadavera ibi sepeliuntur, atque etiam pro eis suffragia fiunt: quod insuper fas esse ait, quoties in Ecclesia Fratrum Minorum prædicaretur, & præ multitudine intrare aliunde nequirent, quàm per claustrum; vel alium locum eorumdem Fratrum, dummodo directè ad Ecclesiam pergant. Ita referunt Campan. *d.cap.16. num.37.* latè Lezana *d.c.10. n.12.* Fr. Joan. de la Cruz *d.dub.1. concl.3.* Coriol. *de casibus reservatis p.2.casu 3. n.33.* ubi *n.34.* quærit quid dicendum si Prælatus Regularis præciperet, ut fieret aliqua processio extraordinaria, ut illius occasione possent mulieres ad dicta loca intrare, an incurrat in pœnas? & respondet quod licèt Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, folio 511.*

concludat,

concludat, quod talis Superior non excusatur de peccato & de pœnis taxatis, ipse tamen dicendum putat, quod talis non incurrat pœnas in decretis prædictis taxatas, sed bene meretur puniri & graviter à Religione, & *num.*35. asserit idem videri dicendum in tempore consecrationis Ecclesiæ, scilicet quod tunc mulieres possunt ire ad omnia illa loca, ad quæ Episcopus cum processione, dum tamen eant simul cum processione, non autem si peractum sit officium, quia si amplius non fit processio, non licet mulieribus ingredi clausuram.

94 Sed credo quod hodie cessat supradicta declaratio Pii V. ex decreto infrascripto *Sacræ Congreg. Rit.* tenoris sequentis, videlicet: *Illustrissim. & Reverendissim. Dom. Archidiaconus Oriolensis exponit DD. VV. Illustrissim. & Reverendissim. qualiter in civitate Oriolensi usu, seu forsan etiam consuetudine immemorabili introductum est in aliquibus monasteriis Regularium, scientibus & non contradicentibus Episcopis pro tempore, ut annuatim faciant suas processiones tam solemnes Rogationum, Candelarum, Palmarum, de Sanctissimo Sacramento ac alias, quàm privatas de Cruce tempore Passionis, de Rosario, de Carmine, de cingulo Sancti Francisci, de corrigia Sancti Augustini, cum similibus, singulis mensibus per claustra dictorum monasteriorum, comitantibus undique devotionis, & Religionis causa utriusque sexus Fidelibus: quod cum videatur contrarium Constitutionibus Sanctæ mem. Pii V. & Gregorii XIII. quibus præcluditur aditus mulieribus accedendi ad claustra Regularium, ideo orator supplicat declarari, an hoc jure liceat? Sacra Rituum Congregatio respondit non licere mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorum Regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia Sedis postol. die* 30. *Septembr.* 1628. Fr. Fulvius Secret. refert Marcel. Vulpe *in praxi judiciali fori Ecclesiastic. q.*4. *num.*7.

95 Avertendum, & notandum est, quod *Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus nomine aliorum Cardinalium S. Congreg. rescripsit Prælatis Ordinis Capuccinorum, sub hac prohibitione non comprehendi monasteria, seu loca eorum, quæ sunt in fieri, vel in quæ, dum fabricantur, adhuc Conventus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solùm ibi aliqui habitaverint Fratres pro fabricæ potius servitio, quàm aliter, & proinde clausuram non esse talem, ut si mulieres intrarent, pœnas propterea in supradictis Constitutionibus contentas incurrerent*, refert Marcel. Vulpe *d. cap.*4. *num.*8.

96 Item Greg. XIII. ex sententia *Congregat. Concil. Trident. quærentibus Fratribus Minimorum Sancti Francisci de Paula, an per supradictam Constitutionem Pii V. censeretur derogatum suæ regulæ, ut singulæ dominæ de stirpe Regia procreatæ, ac etiam omnes illius Ordinis fundatrices, quæ locorum ejusdem Ordinis septa communiora videre postulaverint, eadem honestè cum suo comitatu intrare, ac devotè visitare tolerentur? fuit declaratum non censeri derogatum quoad Reginas & fundatrices duntaxat*, referunt Sorb. *in compend. privil. verb. ingredi monasteria*, Camp. *d. cap.*15. *num.*37. *in fin.* Aloys. Riccius *in praxi fori Eccles. res.*554. *num.*8. *in secunda edit.* Laur. de Peirinis *ad Const. sui Ordinis Minimor. tom.*1. *const.*6. *Julii* II. *à num.*6. *& in formulario Regul. litt. F, cap.*3. *num.*3. ubi *num.*4. de filiabus & neptibus fundatricum.

ALLEGATIO CIII.

Episcopus an possit dispensare cum Monialibus sibi subjectis ad retinendum moderatum peculium, seu annuos redditus, vel aliquos census pro suis particularibus necessitatibus.

SUMMARIUM.

1 *Religiosus, aut Religiosa solemniter professa nihil potest habere, quod in rigore verè sit proprium in particulari.*
2 *Doctores referuntur tractantes de materia Concil. Trident.* sess.35. de Regular. c.2.
3 *Regulares utriusque sexus non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus, à quibus primò subveniendum est eorum necessitatibus.*
4 *Regularis nullus Superior potest concedere facultatem retinendi aliquid ad usum irrevocabilem.*
5 *Prælatis Religionum licitum est concedere Religiosis peculium ad nutum eorum revocabile ex causa legitima, ad solos usus honestos & pios: quod correctum non est per* Concil. Trident. cap.2. *ibid. num.*6.
7 *Moniali an liceat possidere quod sibi legatur, relinquitur, vel datur.*
8 *Moniales non possunt possidere tanquam proprium quod suis manibus laborando acquirunt, & quo casu illa sibi comparare possint, ostenditur.*
9 *Consuetudo aliquarum Religionum licita est, in quibus ex Superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioso assignantur ad victum & vestitum.*
10 *Monialis quando possit sibi constituere redditus vitalitios*, & num.11.
12 *Monialis non dicitur contravenire professioni & voto paupertatis retinens proprium de licentia superiorum, cum certis moderationibus.*
13 *Regularibus non licet possidere agros, aliáque bona stabilia vel mobilia superflua, ex dispositione inferiorum summo Pont.*

1 REligiosus, aut Religiosa solemniter professa nihil potest habere, quod in rigore verè sit proprium in particulari, ut probant text. *in c. non dicatis*, 12. *quæst.*1. *c. cùm ad monasterium*, §. *ult. de statu Monach.* & strictiùs Concil. Trid. *sess.*25. *de Regul. c.*2. de cujus materia vide † Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*3. *collect.*519. *& in decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec.*340. *part.*4. Joan. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. Regulares, diff.*9. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*7. *cap.*22. *à num.*7. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.*8. Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.*1. *lib.*3. *cap.*5. *de regular. à num.*48. Portel. *in dubiis regular. verb. Peculium*, Fr. Emman. *qq. regul. tom.*2. *quæst.*57. *art.*2. *& q.*47. *art.*5. *& tom.*3. *quæst.*29. *art.*8.10. *&* 12. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.*2. *cap.*1. *num.*41. Fr. Joan. de la Cruz *de statu relig. lib.*1. *cap.*3. Camp. *in diversorio juris Canon. rubr.*12. *cap.*7. *& cap.*16. *à num.*71. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*18. *numero* 397. *cum seqq.* Fr. Ludov. Miranda *in tract. de sacris Monialibus, quæst.*9. *& in man. Prælat. tom.*1. *quæst.*28. *art.*7. Lezana *in sum. qq. regul. c.*6. Armend. *in add. ad recop. legum Navarræ, lib.*2. *tit.*18. *l.*1. *de relig. num.*58. *&* 63. *cum seqq.* me citato *in hoc loco*, Homob. *de examine*

*Eccles.tr.*12. *q.*15.*supp.*3.*pag.*453. Coriolan. *de casibus reservat.p.*2. *casu* 4. Laurent. de Peirinis *de subdito Religioso, tom.*2.*q.*2. *de paupert.* Hieron.Roderic. *in compendio quæst. regul. resol.*98.*n.*7.*cum seqq.*

3 Per quæ Jura censuit *Sacra Congregatio, Regulares utriusque sexus non posse tenere propria, sed omnia dare debere suis Superioribus, à quibus primò subveniendum est necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt, reliquum verò conferendum in usum monasterii.* Referunt Navar. *comm.*2. *de regul. n.*18. *& in tr.de reddit. Eccles.q.*1.*num.*84. Azor. *instit. moral.p.*1. *lib.*12.*c.*9.*q.*2.*propè fin.* Franc. Leo *d.c.*1.*n.*41.Armend. *in addit.ad recopil.legum Navarræ,lib.*12. *tit.*18. *l.*7. *de religion. n.*58.Lezana *d.c.*6.*n.*8. Aloys. Ricc.*in dec.Curiæ Archiep.Neap. dec.*340.*n.*12. *& dec.*390.*à num.*11. *p.*4. novissimè me citato *in hoc loco,* Novar. *in lucerna regul.verb.proprietas,n.*1.

4 Unde nullum Superiorum posse concedere Monacho facultatem retinendi aliquid ad usum irrevocabilem, tenent Navar. *consil.*46. *n.*2. *sub tit. de statu monach. in novis,* plures quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6. *c.*17. *num.*28. Aloys. Ricc.*in praxi aurea,resolut.*194. Marcel.Vulpe *in praxi judiciali fori Eccles. c.*4. *n.*15. me citato *in hoc loco,* Tambur.*de jure Abbatissar.disp.*8.*q.*2.

5 Utrùm licitum sit Religionum Prælatis concedere Religiosis peculium ad nutum eorum revocabile, ad solos usus honestos & pios, idque ex causa legitima? Quæstio dubia, in qua licèt per *c.cùm ad monasterium, vers. prohibemus, de statu monach.* negativam sententiam tenuerint Felin. *in c.cum M,num.*26.*versic. eadem reassumit,de const.*& Carol. Tapia *in auth. ingressi,C. de sacros. Eccles. verb. ipso ingressu, c.*3. *n.*54. Affirmativa tamen (cui tanquam probabiliori adhæreo) communior & receptior est, eámque sequuntur Navar. *commento* 2. *de regular. num.*14.*& commento* 3. *num.*27.*& cons.*20.*num.*5.*de Regul.in antiquis, aliàs cons.*14. *n.*5. *de statu monach.in novis,* Fr. Emman. *qq. regul. tom.*3. *q.*29 *art.*8. *& in sum.tom.*2.*c.*31.*n.*3. *in initio,* Beja *respons. casuum Conscientiæ p.*4.*casu* 17.Azor. *instit.moral. p.*1. *lib.*12. *c.*12. *q.*1. Fr. Ludov. Miranda *in manual. Prælat.tom.*1. *q.*28.*art.*8. Sanch. *d.lib.*7.*c.*22. *n.*5. asserentes text. *in d.c.cùm ad monasterium,* in contrarium allegatum interdicere regulariter, & universaliter concedi Religiosis peculium propter eorum importunitatem, & leves causas, secus quando ex causis gravibus & justis.

6 Sed dubium remanet, an per Concil. Trid. *sess.*25. *de Regul. c.*2. hoc sit correctum? Duæ sunt opiniones: *Prima* ait hujusmodi peculium, quod cum communiori, Religioso concedi posse supra annuimus, jam non esse licitum, quam sequuntur Fr. Emman. *in sum. tom.*2. *c.*31. *num.*3. *vers. tenero digo, & d. q.*29. *art.*12. Val.2.2. *disp.*1. *q.*4.*punct.*3.*col.*2.*corol.*4.Zerol. *in praxi Episc. part.*1. *verb. Moniales,* §.2. Tap. *in d. auth. ingressi, verb. ipso ingressu, c.*3. *n.*55. Molin. *de just.tract.*2. *tom.*3. *disp.*276. *col.pen. vers. utrum autem,* Less. *de just.lib.*2.*cap.*4. *dub.*5. *num.*30. Suar. *tom.*3. *de Relig. lib.*8. *cap.*14. *num.*18. *Secunda* verò, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet non esse correctum per decretum Concilii dicto loco, cum in eo nihil novi Juris inducatur, sed solum confirmentur statuta Jure antiquo *cap.*2. *& d.c. cum ad monasterium, de statu monach.* eámque tuentur Navar. *d. commento* 2. *num.*15. *&* 18. *& d. cons.*14. *num.*6. Jacob. de Graff. *in aureis dec. p.*1. *lib.*3. *cap.*5. *num.*53. Fulv. Pacian. *cons.*36.*à num.*99. Joan. de la Cruz *de statu Relig.lib.*1. *c.*3. *dub.*2. Villal. *in sum. part.*2. *tract.*35. *dub.*30. *n.*2. Ludovic. Miranda *d. tom.*1. *q.*28. *art.*8. Fagundez *in quinque Eccles.præc.tract.*2. *lib.*8. *c.*6. *num.*13. Hieron. Cened. *de pauper. relig. dub.*9. *num.*4.*& seq.* Laur. de Peirinis *d. tract. de subdito religioso, tom.*1.*q.*2.*c.*2.§.1. Barth. à S. Fausto *d. lib.*8. *q.*30. Sanch. *d. lib.*7. *c.*22. *num.*11.ubi *num.*13. resolvit hodie licere ex justa causa concedere cuicunque Religioso, licèt non sit officialis Ordinis, administrationem aliquorum bonorum stabilium nutu Superioris amovibilium. Quæ, & quotnam sint causæ rationabiles, ob quas justè aliquibus Religiosis peculium concedi possit? ostendunt Barthol. à S. Fausto *d. lib.*8. *quæst.*32. Sanchez *d. cap.*22. *à num.*20. Peculium concessum Religioso debere esse moderatum, & non superfluum, ait Sanchez *d. cap.*22. *num.*17. & arbitrio, ac præfinitioni Superiorum stare debere Regulares quoad mobilium superfluitatem, vel convenientiam, nisi de excessu arbitrii constiterit, habita tamen ratione personæ, officii, & Regularis status paupertatis, quam professi sunt,& cæterarum qualitatum,refert decisum Armend. *d. loco, num.* 84.

Quæ quidem, & alia inferiùs dicenda ut magis invalescant,placuit declarationes Eminentissimorum DD. Cardinalium hac de re editas afferre prout sequuntur. *Quæritur primò an ex dispensatione inferiorum summo Pont. liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos reditus, aliaque bona, immobilia videlicet, & mobilia superflua, non obstante decreto Concilii sess.*25. *de Regular. cap.*2. *Secundò an propter talem dispensationem, seu scientiam Superiorum possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua, à culpa, vel à pœna excusentur? Tertiò, an Superioribus asseverantibus hujusmodi licentias posse se concedere, fides adhibenda sit? Quartò an Superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeant Regulares quoad mobilium superfluitatem, & convenientiam? Quintò, an Superiore quantumvis requisito, necessaria suis Regularibus negante, vel subtrahente, liceat ipsis clam, vel invito eo illa sibi comparare, seu retinere? Sextò, an & quatenus liceat, an idem liceat cùm necessaria ideò negantur, vel subtrahuntur, quia monasterii facultates non suppetunt? Septimò, an dicti Superiores Regulares dictum cap.* 2. *declarare & interpretari possint? Ad primum Congreg.Concil. respondit non licere. Ad secundum non excusari neque à culpa, neque à pœna ipso facto incurrenda. Ad tertium minimè adhibendam. Ad quartum,nisi de excessu arbitrii constiterit, utique stari debere, habita videlicet ratione personæ, officii, & regulæ, statusque paupertatis, quam professi sunt, & qualitatum. Ad quintum, non licere. Ad sextum, licere si præcisa necessitas sit ad individui sustentationem: cæterum communem penuriam ab omnibus percipiendam usque adeo, ut si quid privatim alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id omne ad Superiorem rectè deferri oporteat, qui ex eo primùm succurrat ejus necessitati, cujus intuitu illud obvenerit, si peculiari aliqua necessitate ultra communem prematur, reliquum Conventui incorporetur, & in communem cedat utilitatem. Ad septimum, non posse.* Refert Lezana *d. c.*6. *num.*14.

7 Ex quibus omnibus infertur *primò*, Monialibus non licere possidere propria, & si quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel earum labore, aut industria partum, tradi debere Abbatissæ, quæ ex eo primùm Monialis ipsius, cujus causa id quæsitum est, necessitati providebit, reliquum conferri debebit in usum monasterii. Ita decisum refert Armendar. *d. l.*7. *de religionib. num.*74. ubi *num.*77. pariter resolutum asserit Moniales, & cæteros Regulares, res etiam parvi momenti sibi donatas, aut aliàs acquisitas, uti proprias retinere non posse, Marcel. Vulpe *d. cap.*4. *num.*15.

8 *Secundò* infertur, Moniales nec tanquam proprium posse possidere, quod suis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, quamvis monasterium esset pauperrimum, ut per Armendar. *dict. l.*7. *de relig. num.*75. ubi tamen *num.*82. *&* 83. observat licere ipsis clam,vel Superiore invito illa sibi comparare, seu retinere ad individui sustentationem, si ille est

quantumvis requisitus necessaria negaverit, vel subtraxerit.

9 *Tertiò* infertur licitam esse aliquarum Religionum consuetudinem, in quibus ex Superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioso assignantur ad victum, & vestitum, ita ut si deest aliquid, ipsi quærant, si autem superest, applicent piis & religiosis usibus, dummodo Religiosi non excedant limites licentiæ illis concessæ, & parati sint reformationi legitimæ faciendæ obtemperare; ita tenent Navarr. *d. commento 3. n.26.27. & 32.* Tapia *d. verb. ipso ingressu, cap.3. n.45. & 59.* Sanch. *d.c.22. n.14.* ubi respondet ad *c.1. sess.25. de Regularib.*

10 *Quartò* infertur, licitè posse Monialem, cui externus centum aureos ad suum libitum expendendos concessit, de Superioris licentia alicui sæculari eos tradere, ut viginti sibi quotannis solvat, dum vixerit, atque ea defuncta centum illos aureos sibi retineat, si ita Moniali concessi sint illi centum aurei, ut concedens noluerit dominium in monasterium transferri, sed omninò cedere in Monialis usum, & eadem Monialis acceptantis mens fuerit: ita docent Cordub. *in tract. casuum Conscient. quæst.54. dub. ultim.* Vega *in sum. tom.2. cap.32. casu 19.* Fr. Emman. *d. quæst.47. art.15. & tom.1. sum.c.90.n.8. & 9.concl.3. & 4.* Sanch. *d. lib.7. c.22. num.16.* ubi advertit, quod quamvis Fr. Emman. *d. cap.90.num.9.* & Vega *citato loco*, dicant hodie attento Trident. non licere Moniali iis redditibus frui, loquuntur juxta suam sententiam habentem Jus commune correctum esse per Concilium Trident. *d. cap.2.*

11 *Quintò* infertur Moniales de licentia suorum Superiorum pro suis occurrentibus necessitatibus posse habere aliquos census, sive redditus annuos, cum per hoc non videantur ipsæ habere proprium, quia ex debita obedientia eos retinent, semper paratæ illos dimittere ad libitum suorum Superiorum. Ita Joan. Andr. Panormit. & Dec. quos refert Navarr. *in repet. cap. nullam*, 18. *quæst.2. cap.3. à num.25.* Verùm ego verius puto prædictis Monialibus non licere habere census, sive redditus annuos eo modo, quo aliquibus in partibus, ut dicitur, habentur ab eisdem, non omninò tamen videtur illicitum cum debitis circumstantiis, ac moderationibus easdem habere quosdam redditus vitalitios, ex quibus possint vivere, ac succurrere, & providere suis particularibus necessitatibus pro victu, & vestitu, & aliis, quæ sibi à monasteriis non suppeditantur, & sic eos habentes non peccare, nec Concilio Trident. contravenire, loquenti de redditibus ut propriis, & irrevocabilibus per Prælatos, & sine eorum licentia distrahendis. Colliges hæc ex Cordub. *in tract. casuum conscient. q.54.* Navarr. *in commento 2. de regularib. num.14.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.11. cap.9. q.2.* Fr. Joan. de la Cruz *d. cap.3. dub.2.* Fr. Ludovic. Miranda *d.q.9.art.1.concl.2.* Gallet. *in margarita cas. Conscient. verb. Monialis penult.* Suar. *tom.3. de relig. lib.8.c.14. ex num.12.* Hieron. Roder. *in compendio qq. regul. resol.98. n.7.* Roderic. à Cunha *in commentar. ad cap. relatum 33. n.6. dist.81.* Lezana *d.c.6.num.20.*

12 Monialis enim retinens proprium cum supradictis moderationibus de licentia Ordinarii, vel Superioris, non dicitur contravenire professioni, nec voto paupertatis, Rot. Romana *decis.216. num.12. p.2. in noviss.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. Monialis, penult.* Et ex eadem resolutione tenendum puto licitum esse Monialibus cum debita moderatione de licentia suorum Prælatorum habere aliquod peculium, non tamen illud expendere in quos voluerint usus, etiam de eorundem licentia, ut tenet Fr. Ludov. Miranda *d.q.9.art.2.concl.unic.*

13 Ex dispositione tamen inferiorum Summo Pont. non licere Regularibus possidere, vel tenere agros, aliaque bona stabilia, vel mobilia superflua, ac proinde si propter talem licentiam possideant, non excusari à culpa, nec à pœna ipso jure incurrenda, refert decisum Armend. *d.l.7. de religion.n.64. & 65.* Etiamsi Superior licentiam concedat justa aliqua de causa magnæ utilitatis, vel necessitatis monasterii, seu Ordinis, ut post Quarant. Petr. Navarr. Fr. Emman. & alios resolvit Barth. à S. Fausto *d.lib.8.q.31.*

14 In communi Regulares omnes, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Observantia, possunt retinere & possidere bona immobilia, ut disponit Concil. Trident. *sess.25. de regular. cap.3.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. c.23. q.8.* Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.1.q.11.art.6.* In hac exceptione Fratrum Minorum de Observantia non comprehenduntur Moniales S. Claræ, Bursat. *cons.60.n.21.vol.1.* expressè Cavalcan. *dec.18.n.52.p.3.* Armendariz *in addit. ad recopil. legum Navarræ, fol.158.n.3.*

15 Verùm Hierosolymitani Fratres & Milites capaces sunt quorumcunque bonorum, etiamsi lege, vel statuto illa prohibeantur ad Religiosos venire; nam talis lex vel statutum debet intelligi de his, qui propriè & strictè loquendo sunt Religiosi, ex quo tractant de amissione bonorum, & sic materia est odiosa, in qua milites & Fratres hujusmodi veri Religiosi dici non possunt, ad not. suprà *alleg.191. num.8. in fine:* tum denique quia appellatione Religiosorum non veniunt Claustrales, nisi adjecta aliqua dictione universali. Quare ita resolvunt Bald. *in cap.1. num.4. de milit. vass. qui arma depos.* & ibi etiam Alvarot. *num.9.* Martin. Laudens. & Afflict. *in cap.1. §. qui clericus, num.22. vers. sed juxta hoc quæro, si de feudo defuncti contentio sit*, Curt. Jun. *in tract. de feudis, in 2. part. tertiæ partis princ. quæst.10. num.29. vers. septimò videtur limitanda*, Jacob. *in investitura feudali, in vers. dictique vassalli, num.41. causa 14.* Nevizan. *cons.30. num.1. & 4.* ubi dicit quod hæc opinio servatur de consuetudine in provinciis Pedemontii, & Montisferrati, Petr. Calefat. *in tract. de equestri dignit. num 33.* Curt. Sen. *cons.62.n.63.* Rub. *cons.80.n.1.* Henr. à Rosenthal *in tract. de feudis, cap.7. concl.77.* Petr. de Ravenna *in cap.1. de milite vassal. qui arma bel. dep.* Sonsbec. *in tract. de feudis, part.2. num.115.* Schrad. *eod. tract. part.7. cap.5. num.30.* Forest. *de succ. ab intest. c.23. num.39.* Natt. *cons.507. num.9. & cons.508. per tot. præcipuè num.27.* ubi resolvit, posse hujusmodi Milites Hierosolymitanos parentibus, & eorum agnatis succedere ab intestato, Ozasc. multis allegatis, licèt ipse contrarium teneat, *dec.72. num.17.* Duen. *reg.103. limit.6.* Carol. Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccl. verb. sua, c.14. num.19. & 20.* ubi dicit quod non dubitat descendere in hanc sententiam, quia in Militibus prædictis cessant omnes considerationes, quæ militant contra Religiosos, Riminal. Jun. *cons.27. num.3. cum multis seqq.*

ALLEGATIO CIV.

Episcopus quando habeat jurisdictionem in Regulares pretendentes se per vim ingressos Religionem.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur agentes de materia Concilii Trident.* sess.25. de Regular. cap.18.

2 *Religionis status non precibus, vi, aut metu est assumendus, sed cum maxima libertate.*

3 *Virginem inducentes monasterium ingredi, non incidunt*

cidunt in excommunicationem comminatam à Concilio Tridentino sess. 25. de Regularibus, cap. 18.

4 *Hæredem mulierem instituens ea lege, ut monialis fiat, sin minus ad monasterium bona pertineant, non incidit in excommunicationem latam contra cogentes virginem monasterium ingredi.*

5 *Cogentes fœminam ad monasterii ingressum, non ut profiteatur, nec ut habitum sumat, sed ut ibi habitu sæculari retento educetur, incidunt in excommunicationem Concilii Tridentini* sess. 25. de Regularibus, cap. 18.

6 *Patres, & fratres, qui filias, sororesque aut habitum religionis suscipere, vel votum, aut professionem emittere cogunt, excommunicationem incurrunt.*

7 *Cogens virginem monasterium ingredi, ingressu non sequuto, in nullam excommunicationem incidit.*

8 *Regularis prætendens se per vim ingressum Religionem, aut nulliter professum fuisse, intra quinquennium tantum potest causas nullitatis suæ professionis coram Ordinario, & Superiore religionis deducere.*

9 *Doctores referuntur agentes de materia Concilii Tridentini* sess. 25. de Regularibus, c. 19.

10 *Milites S. Joannis Hierosolymitani comprehenduntur sub decreto Concilii Trident.* sess. 25. de Regul. cap. 19.

11 *Ordinarius coram quo, & superiore Regulari nulliter professus potest intra quinquennium causam nullitatis suæ professionis deducere, si etiam sit Superior monasterii, sufficit quod solus procedat.*

12 *Regularis deducens intra quinquennium nullitatem professionis, tenetur eam probare conjunctim coram proprio Superiore Regulari illius monasterii, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, ubi existit monasterium, in quo professus est.*

13 *Reclamatio de nullitate professionis facienda est habitu religionis retento.*

14 *Causæ nullitatis professionis nullius, ita sunt proponendæ coram Superiore, & Ordinario copulativè, ut nullo modo possit Superior per se solum de illis cognoscere.*

15 *Regulari prætendenti professionem esse nullam, sicut licet causas nullitatis coram Superiore suo, & Ordinario proponere, an ita ipse Superior coram eodem Ordinario illas deducere possit, ut è monasterio religiosum dimittat, illo nihil proponente, remissivè.*

16 *Quinquennium intra quod dici potest professio nulla, incipit à die, quo quis expressam emisit, in tacita verò à die, quo fecerit actus solummodò professis proprios.*

17 *Quinquennio elapso potest audiri regularis deducens causam nullitatis suæ professionis, si intra illud non potuit reclamare.*

18 *Professionem asserens fuisse metu factam, & causam metus durasse etiam post quinquennium, exaudiri poterit per vim restitutionis.*

19 *Professio nulla an ratificetur à persistente in religione, ignorante tamen nullitatem, ostenditur.*

20 *Professi nulliter, quia non fuit in eorum informationibus servata forma præscripta à Sixto V. possunt etiam post quinquennium reclamare.*

21 *Quinquennium intra quod regularis potest deducere causas nullitatis suæ professionis, an currat minori, ostenditur.*

1 SACROSANCTI Concilii Tridentini *decreto sess. 25. de regular. cap. 18.* cautum est neminem debere compellere suam, vel alienam virginem monasterium invitam ingredi, habitum suscipere, & professionem emittere, nec earum sanctam voluntatem ingrediendi impedire, quæ libera esse debet sub pœna anathematis, his verbis: *Anathemati sancta Synodus subjicit omnes & singulas personas, cujuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque coëgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam, præterquam in casibus à jure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscunque religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel favorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili modo anathemati subjicit eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impedierint*, &c. de cujus materia, & intellectu agunt ex novioribus, qui antiquos citant, Fusch. *de visitat. lib. 2. cap. 15. n. 68.* Navar. *cons. 55. & 56. in antiq. de sent. excomm. aliàs cons. 5. 6. & 7. de regular. in novis*, Sayr. *in floribus dec. sub illo tit. de sent. excom. dec. 51. & 52. & in clavi Regia lib. 5. c. 1. à n. 27.* latè Jacob. de Graff. *in aureis dec. part. 1. lib. 4. c. 24. n. 7.* Memoriale clericorum *cap. 9. num. 60. & 61.* Barth. à S. Fausto *in thesauro religiosorum, lib. 5. q. 35. cum seq.* Henriq. *in sum. lib. 11. c. 19. §. 4. vers. secundò*, Suar. *de censur. disp. 23. sect. 5. num. 8.* Azor. *instit. mor. part. 1. lib. 13. c. 9. quæs. 2. vers. præterea*, Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales*, §. 22. *pag. mihi* 261. Petr. Ledesma *in sua summa, part. 2. tr. del estado de los religiosos, cap. 5. conclus. 8.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 3. quæst. 14. art. 3. & q. 17. art. 18.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 357.* Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælatorum, tom. 1. q. 17. art. 4. concl. 2.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu religionis lib. 1. cap. 8. dub. 4. vers. nota*, latissimè Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 4. c. 4.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. num. 62.* Sayr. *in clavi regia lib. 5. cap. 1. num. 17. cum sequentib.* Cened. *ad Decretum, collect. 49. num. 1. & ad Decretal. collect. 165. num. 5.* Bonacin. *de censur. disp. 2. q. 6. punct. 3. & de censur. extra Bull. disp. 2. q. 2. puncto 2. & 3.* Filliuc. *in quæst. mor. tract. 14. c. 6. quæs. 5. num. 89.* Barth. de Vecchis *in praxi observanda in admittend. ad religionis statum novitiis, disp. 1. dub. 6. conclus. 4.* Hieron. Roderic. *in compendio qq. regul. in addit. verb. Monialis, n. 5. cum seqq.* Megal. *in 3. p. lib. 4. cap. 6. num. 100.* novissimè Tambur. *de jure Abbatissar. disp. 1. q. 4. & disp. 2. q. 1.*

2 Status Religionis non precibus, vi, aut metu est assumendus, sed cum maxima libertate, & ideo Conc. Trident. *dicto loco* † sub anathematis pœna coërcet 3 cogentes virginem monasterium ingredi, quod quidem cum loquatur per verbum *coëgerint*, intelligendum est de vi coactiva, non inductiva, prout decisum refert Armend. *d. l. 7. num. 62.* & resolvit me citato *in hoc loco*, Tambur. *d. tr. disp. 3. q. 1. n. 2.* Azor. *d. quæs. 2. vers. quæres*, ubi etiam tenet † hanc pœnam non incurrere 4 illum, qui hæredem instituit mulierem ea lege, ut monialis fiat, sin minus ad monasterium bona pertineant. Metus igitur reverentialis non sufficit, ut resolvit Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. dec. 708. in 1. edit. & resol. 599. in 2. edit.* novissimè Tambur. *d. tr. disp. 3. q. 2. n. 2.* ubi *n. 3.* resolvit parentes importunis precibus suadentes filiabus, ut Religionem ingrediantur, non affici excommunicatione, secus si illis grave minarentur malum, & *q. 3.* tenet non esse prohibitum puellæ Religionis ingressum persuadere, vel benevolentiam muneribus absque ullo pacto captare.

In prædictam anathematis pœnam incurrunt 5 etiam cogentes fœminam ad monasterii ingressum, non ut profiteatur, nec ut habitum sumat; sed ut ibi sæculari

sæculari retento educetur, donec ætatis aptæ matrimonio sit. Ita Navar. *cons.56. sub tit. de sentent. excommun. in 1. edit. & cons.6. sub tit. de regular. in 2. edit.* Suar. *d. sect.5. n.9.* Zerol. *d. verb. Moniales, n.13. pag.73.* Sanch. *d. cap.4. n.12.* Filliuc. *in quæst. moral. tract.14. c.6. num.89.* Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. Moniales, num.14.* idem Suar. *tom.3. de relig. lib.5. c.9. dub.4.* Diana *mor. resol. p.2. tract.1. miscel. resol.56.*

6 Sic etiam patres, & fratres, qui filios, sororésve habitum Religionis suscipere, vel votum & professionem emittere cogunt, excommunicationem incurrunt, ut resolvunt Navar. *in man. cap.14. num.17.* Fr. Ludov. Miranda *d. concl.2.* Portel. *in dub. regul. verb. clausura monialium, n.9.* Tambur. *de jure Abbatissarum disp.2. q.4.* Azor. *d. q.2. prope finem, & p.2. lib.2. c.21. q.15.* licèt nihil resolvat, tamen cum secunda sententia manere credendum est, præcipuè cum illam

7 *d. quæst.2.* primùm sequutus fuerat. † Ingressu non subsequuto coactio effectum sortiri non dicitur; aliud est enim cogere, aliud verò cogere conari: unde certum est cogentem cum effectu solummodo esse decreto Concilii *d. loco* excommunicatum, non autem eum, qui conatus est cogere, neque consulentes, faventes, sive auxilium præstantes, effectu non sequuto, Nav. *in man. c.27. n.55. de sentent. excom.* Sayr. *de tis.51. eod. tit.* Fr. Lud. Miranda *d. concl.2.* ubi etiam probat in prædictam non incurrere excommunicationem, qui cogit virum, sive puerum, cùm non ibi expressè habeatur, licèt peccet mortaliter.

8 Regularis quicunque prætendens per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicens ante ætatem debitam professionem emisisse, aut quid simile, si velit habitum dimittere quacunque ex causa, aut cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non erit audiendus, nisi intra quinquennium tantùm à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario, per Concil. Trident. *sess.25. de regularib. cap.19.*

9 de cujus materia & intellectu vide † Navar. *tom.4. de regularib. num.73. & 77.* Zerola *in praxi Episc. p.2. verb. professio, §.2. vers. verum,* Fr. Emman. *qq. regular. tom.3. q.17. art.16. & seq.* Fr. Joan. de la Cruz *de statu relig. lib.1. c.8. dub.4. vers. secunda conclusio,* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.2. c.1. n.42.* Flamin. *de resignat. lib.13. q.5. num.45. cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.12. princip. num.62. cum sequent.* Fr. Ludovic. Beja *responf. casuum conscientiæ part.4. casu 18.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.657. in 1. edit. & res.550. in 2. edit.* & etiam *decis.744. in 1. edit. & res.629. in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.48. part.4.* Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Regularis, differ.2.* Sanctarel. *var. resol. quæst.48. per totam,* Bonac. *de clausura religios. q.2. puncto 10.* Campanil. *in diversorio juris Canon. lib.12. cap.13. num.129.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. cap.4. quæst.10.* Sanch. *de matrimon. lib.7. disp.37.* Less. *de just. lib.2. cap.41. dub.7. num 63.* Flores de Mena *var. lib.3. q.23. num.68.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.2. tit.18. l.7. de religionibus, n.38. & 51.* latè Fr. Ludovic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. quæst.30. art.1. cum sequentibus,* Diana *moral. resolut. part.3. tract.2. resol. 62.* Villalobos *in sum. tom.2. tract.35. diffic.25.* Valer. *in differ. utriusque fori, verb. regularis, differ.2.* Novar. *in singul. concl.116.* Hieron. Roder. *in compend. quæst. regul. res.101. n.68. cum seqq.* Lezana *in sum. quæst. regul. c.2. à num.7.* Rota *in Meten. professionis, 2. Junii 1636.* coram *R.P.D. Carrillo,* impressa per Tambur. *post tract. de jure Abbat. decis.3. num.16.* ubi refertur quod S.D.N. Urbanus VIII. ad refrenandam facilitatem convolandi ad sæculum, decrevit *sub die 18. Decembr. 1635.* declarando decreta sanctæ mem. Clementis VII. ut Regulares contra eorum formam professi, allegantes propterea nullitatem professionis, non possint post lapsum quinquennii à die professionis super hujusmodi nullitate audiri. † Et dicto decreto comprehendi Milites S. Joan. 10
Hierosolymitani dicit decisum Armend. *d. loco, num.51.*
† Porrò si Ordinarius simul sit superior, verbi gra- 11
tia si Episcopatui monasterium est unitum, solus Ordinarius de nullitate potest cognoscere; nam Concilium dum utrumque conjungit, præsupponit utrumque adesse.

Regularis hujusmodi deducens intra quinquen- 12
nium nullitatem professionis, tenetur eam probare conjunctim coram proprio Superiore Regulari illius monasterii, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, ubi existit monasterium, in quo professus est: ita decisum refert Armend. *d. l.7. num.38.* novissimè me citato *in hoc loco,* Novar. *in lucerna regul. verb. nullitas 1. pag.177.* Si verò ante causæ cognitionem propria auctoritate habitum dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcunque causam est admittendus, sed ut ad monasterium redeat est cogendus, & tanquam apostata puniendus, interim verò nullo privilegio suæ Religionis juvari potest: decisum refert Franc. Leo *d. c.1. n.42.* & tenent Navar. *d. tom.4. n.77. & 78.* Azor. *d. q.10. in fin.* Fr. Ludovic. Miranda *d. q.30. art.6. in princ.*

Reclamatio de nullitate professionis facienda est 13
à reclamante cum habitu Religionis retento, aliàs reclamans non exaudietur: Miranda *d. art.6. concl.1.* Lezana *d. c.2. num.8.* & hoc esse intelligendum quando habitum temerè absque causa dimisit, & non reassumit, tradunt Azor. *d. cap.4. quæst. ult.* Sanch. *d. lib.7. disput.37. num.3.* Fr. Emman. *tom.3. quæst.17. circa med.* Bonac. *d. punct.10. diffic.3. num.1.* Aloys. Ricc. *dec.48. num.7. & 8. part.4.* quod quidem etiam intelligendum est procedere in foro exteriori, non in interiori, si causa subsit aliter faciendi. Navar. *comment.4. de regul. num.77.* Bonac. *d. punct.20. diffic.3.* Lezana *d. c.2. num.8.*

Qui verò cessante scandalo, & præjudicio alterius 14
habitum dimittit, & fugit de carceribus ante reclamationem, & antequam deducat causas nullitatis suæ professionis coram Ordinario, & Superiore, sciens, aut justè credens suam professionem non valuisse coram Deo, in foro conscientiæ non peccat mortaliter; nec etiam quoad forum exterius meretur subire pœnas in prædicto Concilio positas ei, qui interveniente aliqua justa causa habitum dimiserit, & illo non retento reclamaverit, ille nempe, qui non posset habere licentiam eundi ad reclamandum, neque eundi nisi dimisso habitu, aut cui non permittitur causas nullitatis suæ professionis coram Superiore, & Ordinario proponere. Ita Navar. *d. loco,* ubi inquit se vidisse in urbe, sive Romana Curia multos, qui prius dimisso habitu, ac postea reassumpto, benignè exauditi sunt; Unde dimissionem habitus non impedire ut regularis non audiatur super nullitate professionis, si postea eundem habitum reassumat, resolvunt Campan. *in divers. juris Canon. rub.12. c.11. num.18.* Suar. *de relig. tom.3. lib.7. c.3. n.14.* Portel. *in dub. regul. verb. professionis nullitas, n.45.* Gratian. *d. c.413. n.7. & 8.* Villalob. *in sum. tom.2. tract.35. diffic.25. n.4.* Diana *moral. resol. p.3. tract.2. resol.53. in fine.*

Illud advertendum duxi; causas nullitatis profes- 15
sionis nullius ita proponendas esse coram Superiore, & Ordinario copulativè, prout requirit Concil. *d. cap.19.* ut si Superior Regularis per se solum professionem nullam declaret, religiosumque è monasterio ejiciat, illum teneatur ad monasterium revocare, cùm prædicti Superioris decretum uti factum contra formam, & dispositionem Concilii, fuerit nullum: sic censuit *Sacra Congreg. mense Januarii 1618.* ut refert Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.20.* Illud tamen non me latet, an sicut cuicunque Regulari prætendenti

professionem suam esse nullam, licet causam nullitatis coram Superiore suo, & Ordinario proponere, ut disponit Concil. possit etiam ipse Superior coram eodem Ordinario illas proponere, ut è Monasterio Religiosum dimittat, illo nihil proponente? Adhuc sub judice lis est: ego dubiam judico quæstionem, quam præsenti anno pro utraque parte in varias divisi opiniones disputarunt Illustrissimus D. meus Cardinalis Tontus, & D. Felix Centelorius I. V. ac Sacræ Theologiæ Doctor, in hac Romana Curia Advocatus, qui omnium litterarum scientia egregiè præditus de se multa, & gravia in dies pollicetur, post primam hujus tractatus impressionem eum dignissimè in Commissarium Cameræ Apost. & Canonicum Basilicæ SS. Apostolorum assumptum vidi, ac modò, ut audio, Secretarius sacræ Consultæ creatus est.

16 Prædictum quinquennium in professione expressè facta incipit à die, quo quis illam emisit, in tacita verò à die, quo fecerit actus solummodò professis proprios, quibus inducitur, Franc. Leo *d.c.* 1. *n.* 42. Franc. Miranda *d.q.* 30. *art.* 1. *concl. un. prope finem*, Azor. *d.c.* 4. *q.* 10. *vers. postremò*, Bonac. *d. punct.* 10. *diffic.* 4. *num.* 1. ubi *n.* 2. tenet diem illam computandam esse à die professionis, etiam in illo, qui tunc temporis laborat ignorantia invaliditatis professionis, aut alio impedimento, novissimè, me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna regular. verb. reclamare, n.* 3. *pag.* 223.

17 Non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignoraverit justa ignorantia suam professionem esse irritam, posse reclamare etiam post quinquennium, & uti remedio extraordinario restitutionis in integrum, ut audiatur, resolvunt Bimius *cons.* 57. *num.* 8. *& seq.* Fr. Emman. *d. quæst.* 17. *art.* 16. quos refert & sequitur Aloys. Ricc. *d. res.* 550. *num.* 5. Azor. *d. quæst.* 10. *vers. postremò, in fine*, Aloys. Ricc. *d. resol.* 550. *à num.* 2. Fr. Ludovic. Miranda *d. art.* 1. *concl. un. propè finem*, Flores de Mena *var. resol. quæst.* 23. *num.* 68. Sanch. *d. disp.* 37. *num.* 22. Sanctarel. *var. quæst.* 48. *num.* 3. Bombin. *cons.* 22. *num.* 7. Jacob. de Graffiis *cons.* 1. *num.* 8. *de regul. tom.* 1. novissimè me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna regular. verb. reclamare, num.* 4. Less. *de justit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 7. *num.* 66. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 413. *n.* 9. *& c.* 440. *n.* 25. Diana *moral. resol. part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 53. Portel. *in dub. regul. verb. professio, n.* 45. Hieron. Roderic. *d. res.* 101. *n.* 61.

18 Sed quia hoc ita generaliter sumptum suas patitur difficultates, saltem quando nullitas procedit ex defectu ætatis, ut insinuare videtur Sanch. *d. disp.* 37. *num.* 27. quia Superiores Religionis tenentur ex officio inquirere ætatem novitii, & novitius similiter suam, & in facto, ad quod quis tenetur, non præsumitur ignorantia, *cap. innotuit, de elect.* cum aliis citatis à Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 23. *n.* 66. ideo remedium illud extraordinarium restitutionis in integrum non est ab Ordinariis concedendum, sed ut advertit Aloys. Ricc. *d. resol.* 550. *num.* 6. *vers. tandem*, hujus restitutionis petitio debet fieri coram Sanctissimo, & consequenter ejus speciali rescripto obtinenda est, præmissa summaria metus, & nullitatis informatione, Niger Ciriac. *controv. forens. tom.* 2. *controv.* 371. *n.* 37. novissimè Novar. *in lucerna regul. verb. professio, n.* 31. *pag.* 216. Et sic quod hodie, ut quis possit audiri post quinquennium, debet adire Sacram Congreg. Concilii Trident. per alteram *Regularium negotiis præpositam*, quæ prius cognitis saltem summariè nullitatibus deducendis, & justo impedimento non reclamandi, intra quinquennium restitutionem concedere solet, ut servari vidi & insinuant Portel. *d. num.* 45. *vers. circa quod*, Hieron. Roder. *d. res.* 101. *num.* 71. Et in hunc sensum Cevall. *comm. quæst.* 500. *in fin.* Flamin. *de resignat. lib.* 13. *q.* 5. *num.* 46. Armend. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 19. Bonacin. *d. punct. diffic.* 4. *n.* 4. existimantes elapso quinquennio ad reclamandum contra professionem per vim, vel metum factam non competere restitutionem, nec reclamantem exaudiri, non sunt penitus excludendi si suam sententiam intelligant de restitutione petenda, & reclamatione facienda coram Ordinario.

Professio enim, quæ à principio fuit irrita, forsan 19
per vim, & metum etiam paternum, ut censuit Rot. Rom. *dec.* 175. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* non fit, aut fieri potest rata, & valida, nisi voluntariè ratificetur; nam Deus, ut dicitur *in c. si quid invenisti*, 14. *quæst.* 5. cor respicit, & non manum, & qui nunquam voluit esse professus, sed semper renuit, nunquam erit talis. Unde quinquennio elapso, non esse in foro conscientiæ verum professum, qui ob vim, metum, vel aliquid simile professionem emisit, si illam non ratificavit, & solùm in foro externo præsumi esse Religiosum, docent Navar. *cons.* 23. *num.* 5. *& cons.* 89. *num.* 6. *&* 7. *de regular.* Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 6. *in commento, & c.* 8. §. 9. *in com.* Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 9. Sanctarel. *d. quæst.* 48. Fr. Barth. de Vecchis *disput.* 14. *dub.* 3. *num.* 5. Rota *in Ulysbon. professionis*, 10. *Decemb.* 1621. coram *R.P.D. Merlino*, Lezana *d. cap.* 2. *n.* 7. Et ita in eodem foro conscientiæ non teneri etiam post lapsum quinquennii ex vi voti servare occultè regulas Religionis, nec vota, secluso scandalo, tradunt Azor. *p.* 1. *lib.* 12. *c.* 5. *q.* 1. Fr. Emman. *in sum. part.* 2. *cap.* 92. *concl.* 5. Sanch. *d. disp.* 37. *num.* 36. Sanctarel. *d. q.* 48. *à n.* 24. Bonac. *d. punct.* 10. *diffic.* 1. *num.* 1. Imò nec per promotionem ad sacros Ordines, si talis metus durabat, præsumendum est quempiam tacitè esse professum, Fr. Ludovic. Miranda *d. art.* 1. *concl. un. in fine*, & dicit Navar. *cons.* 6. *de his quæ vi*, quod professio propter metum patris mortem minantis, in Religione approbata facta, & in qua per tres annos vivente patre manens sacris Ordinibus ad titulum Religionis promovetur, per promotionem ad sacros Ordines valida non censetur, cùm votum, quod ab initio ob metum aliquem nullum est, solo tractu temporis, neque coram Deo, neque coram hominibus, concurrente etiam gestatione habitus, & permansione in monasterio, & præstatione suffragii in Capitulo, & alia faciendo, quæ solis professis competunt, convalescit, *c. non firmatur, de regulis juris in* 6. *l. quod ab initio, ff. eodem tit.* multoque minus per susceptionem Ordinis, durante justa causa metus, professionem suam ratificare præsumi debet, quæ est res separata à professione, & à separatis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minorib.* cum citatis *in libello de principiis utriusque juris, littera I, num.* 6.

Professio igitur, quæ est ipso jure nulla, non rati- 20
ficatur ex eo, quod sic professus persistat per longum tempus in Religione, quam professus est, sed oportet ut sciat ipsam fuisse nullam, & animo approbandi, & ratificandi eam in eadem Religione persistat: quod si non fecerit, intra quinquennium, immò verò & ultra quinquennium poterit reclamare, si alleget justas, atque legitimas causas, ob quas non potuit ante ipsum facere: solummodo enim quispiam tacitè censetur consentire, profiteri, & revera profitetur, quando sciens professionem fuisse nullam, & invalidam ob aliquam prædictarum causarum, ad ratificandam, & approbandam eam sciens, & prudens in Religione persistit per integrum annum continuum, & non interpolatum, à tempore quo scivit illam esse nullam cum animo, & intentione eam ratificandi, & de nulla faciendi eam validam, & ab eo tempore incipiet esse verè professus, & non aliter; quod si noluerit facere, intra prædictum quinquennium, immo verò & ultra illud poterit reclamare, ut per Navar. *d. com.* 4. *n.* 71. *& cons.* 9. *de his quæ vi, & cons.* 34. *n.* 4. *& consil.* 89. *n.* 3. *de regular. & in man. cap.* 12. *num.* 71. Ludovic. Miranda *d. q.* 30. *art.* 9. *concl. unica.* Et in puncto de Moniali, quod

quod non censeatur ratificare professionem sine scientia nullitatis ipsius, tenet Rota *dec.* 179. *n.* 7. *& dec.* 379. *n.* 5. *part.* 4. *recentior.*

Verùm in hac novissima impressione à præfata sententia discedere cogor, & teneo professionem nullam tacitè ratificari ex pluribus actibus factis in monasterio, licèt professus non habuerit scientiam individuam nullitatis professionis ab eo priùs emissæ, auctoritate text. *in cap.* 1. *de regul. in* 6. in quo non obstante nullitate professionis præcedentis, disponitur induci tacitam professionem, absque eo quod requirat aliquam scientiam dictæ nullitatis. Et confirmatur sumpto argumento ex matrimonio carnali, in quo ignorantia impedimenti illud dirimentis non invalidat ipsum matrimonium, si sequatur actus, ex quo inducatur præsumptio matrimonii, ut tenet Sanchez *de matrimon. lib.* 2. *disp.* 26. *num.* 2. *vers. quintò, & num.* 9. Quare ita censuit *Sacra Congreg. in Romana professionis*, 28. *Augusti* 1621. quam declarationem S. D. N. Urbanus VIII. observari mandavit *die* 1. *Februarii* 1631. ut testatur Rota *in Metensi professionis*, 2. *Junii* 1636. coram *R. P. D. Carrillo*, impressa per Tamburin. post suum tract. *de jure Abbatissar. dec.* 3. *num.* 12.

At si Religiosus priorem professionem irritam expressè ratificare velit, fiet quidem verus Religiosus absque eo quod novitiatus annum iteret. Ita Navarr. *consil.* 27. *n.* 2. *de regular.* Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 1. *quæst.* 6. *versic. si quæras*, Bonacina *de clausur. q.* 2. *p.* 1. *diffic.* 1. *num.* 5. Suar. *tom.* 3. *de relig. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. Sanctarell. *d. quæst.* 48. *num.* 33. *cum seqq.* Villalob. *dict. tract.* 35. *difficult.* 24. *à num.* 5. Hieron. Roderic. *d. resol.* 10. *num.* 76. Barthol. de Vecchis *d. disp.* 14. *dub.* 5. *à princ.* & absque novo consensu, & acceptatione Superioris, ut cum multis resolvit Sanctarel. *d. quæst.* 48. *num.* 3. Contra Sanchez *d. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 64. *& lib.* 2. *disp.* 45. *n.* 4. & Bonacinam *d. puncto* 10. *diffic.* 1. existimantes in hoc casu non satis esse solo interno actu professionem revocari, sed oportere iterum professionem recipi actu externo, & Superiore monasterii denuò admittente.

In dubio autem an fictè professus videatur suam professionem nullam ratificare? videtur distinguendum inter fictè professum, qui dubitare incepit de ratificatione professionis ante quinquennium elapsum, & inter illum, qui post transactum quinquennium dubitat, an priorem professionem invalidam ratificaverit, ita ut in primo casu non teneatur stare priori professioni, quia ante quinquennium non præsumit jus ratificationem professionis; secus in secundo casu, cùm Concil. *d. cap.* 19. præsumat professum ratificasse suam professionem, si per quinquennium contra eam non reclamavit. Ita Meroll. *tom.* 1. *disput.* 3. *cap.* 3. *num.* 283. Sanctarell. *variar. resol. p.* 1. *q.* 48. *n.* 46. *cum seq.* quos refert; & sequitur Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 4. *resol.* 49.

Inhabiles ad profitendum, putà habentes perpetuum impedimentum, posse reclamare etiam transacto quinquennio, nec Concilium Trident. *dict. cap.* 19. loqui de hujusmodi personis, observant Navar. *consil.* 26. *num.* 12. *& ultim. de regularibus*, Sanctarell. *dict. quæst.* 48. *num.* 36. Bonac. *d. puncto* 10. *difficult.* 4. *num.* 7. Portel. *d. verb. professio, num.* 5. Villalob. *dict. difficult.* 24. *num.* 8. Hieron. Roder. *resol.* 101. *num.* 74. Unde dicunt Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 440. *num.* 44. Ego ipse *in votis decisivis Canon. lib.* 1. *voto* 15. *num.* 14. *cum seqq.* Rota *decis.* 175. *n.* 3. *part.* 1. *recentior.* & apud Nicol. Garc. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 338. Hieron. Roder. *d. resol.* 101. *n.* 74. Aloys. Ricc. *d. resol.* 550. *in fine*, quod professi nulliter, quia non fuit in eorum informationibus servata forma, & accurata illa, ac diligens perquisitio morum, natalium, parentum profitentis, & aliorum, de quibus in Constitutionibus felicis record. Sixti V. prima edita 6. *Kalend. Decembris* 1587. & altera 12. *Kalend. Novembris* 1588. possunt etiam post quinquennium reclamare, cùm eorum professio annulletur propter bonum commune Religionis, & sic Sixtus V. in sua secunda Constitutione moderatoria, & declaratoria primæ, ait in hæc verba: *Sed cùm eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusvis Ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita professio quorumcunque Religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma Constitutionis servata fuerit*, &c. quibus verbis videtur definire, quod allegatio quinquennii non admittatur, siquidem talis allegatio, saltem in foro exteriori, inducit tacitam professionem. Verùm quamvis non ita clarè deducatur ex dicta Const. adhuc tamen dico, quod supradictorum professiones sunt irritæ, & nullæ, specialiter propter defectum consensus recipientium ipsos ad Ordinem, & propter expressam protestationem, quæ hac de re eisdem fit, antequam profiteantur; faciunt quæ Nav. *cons.* 26. *à principio*, & præcipuè *num.* 12. *de regular. & cons.* 87. *eodem tit.* ubi quæstionem proponit, an qui de genere Judæorum descendit, & contra statutum Religionis ei notum factum, cum protestatione, quod nulla esset professio, si de tali genere descenderet, interrogatus negavit se de tali genere descendere, ob quam negationem fuit admissus, secus si confessus fuisset veritatem, sit verè religiosus? Cui propositæ quæstioni, atque difficultati respondet, quod videtur sibi hujusmodi descendentem coram Deo, & in foro conscientiæ non esse verè Religiosum: tum quia professio fuit nulla, quia contra legem habentem decretum irritans facta fuit; tum etiam, quia professio effectu est quidam contractus, & actio ultro citroque obligatoria, qua profitens obligat se monasterio, vel Ordini ad serviendum ei secundum regulam ejus, & è contra monasterium ad alendum & tractandum ipsum ut filium, atque ita est necessarius consensus utriusque partis, tam Conventus, & Prælati professionem acceptantis, quàm ipsius profitentis: & inquit quod in casu proposito defuit consensus Conventus, atque Prælati, quia fuit præstitus sub tali conditione, si non esset de tali genere; atque ità defuit conditio, sub qua fuit admissus, ex quo proinde sequitur, quod ipsa admissio nulla fuit, quia dispositio conditionalis nulla est, deficiente conditione; nam cessante causa cessat effectus? hactenus Nav. quem sequitur Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 3. *q.* 11. *art.* 2. ubi præmissa difficultate, & quæstione de statuto expellente è Religione descendentes ab infidelibus prædictis, irritante, & annullante ipsorum professionem, etiamsi fiat in Capitulo generali habente licentiam à Sede Apostolica specialiter, ut in eo aliqua statuta edantur, an valeat? postquam respondet quod non, & quod hujusmodi statutum non esset justum, quia est contra jus, & contra sacros Canones: postquam etiam dicit, quod sic recepti, & professi non sunt repellendi à Religione, neque ejiciendi, quia contra prædictum statutum, subdit, & addit, quod possunt ejici, atque expelli, si non intervenit consensus legitimus ex parte recipientium, & inquit quod licet eis quoad forum conscientiæ tantùm, ab Ordine, & Religione exire sine ulla prorsus dispensatione, cùm quoad illud forum non sint ligati, ut tradunt Doctores *in cap. humanæ aures*, 22. *q.* 5. Quoad forum verò exterius, sciens suam receptionem ad Ordinem & professionem fuisse nullam ob aliquam ex supradictis causis, potest & debet intra quinquennium reclamare, & ipsas coram Superiore, & Ordinario allegare: ita Fr. Ludovic. Miranda *d. quæst.* 30. *art.* 4. *concl.* 2.

Verùm contrarium illius, quod diximus supra in principio numeri anteced. verius & receptius est in professis

professis sine illa perquisitione, ac informatione, & per plures annos cum habitu professorum commorantibus, actusque publicè veram professionem indicantes exercentibus, ex quibus insurgere aliam tacitam professionem per *cap.1. de regul. in 6.* tenent Navar. *in cap. statutum, eod.tit. num.37.* Menoch. *de præsumpt. lib.6.præs.85. à n.5.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom.3. quæst.12. art.1.* Huic autem tacitæ professioni nedum non obstat Conc. Trid. prout non obstare ex receptissima omnium sententia tradunt Nav. *cons.35.num.2.de regular.* Sanch. *de matrim.lib.7.disp.37.num.3.* Fr.Emman. *d. quæst.17.art.1.vers.nec hæc tacita,*& Fr.Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.5. quæst.24. art.12.* sed etiam plurimùm favet, cum *sess.25. cap.19. de regular.* expressè sit sancitum, non posse Religiosum post quinquennium contra professionem reclamare; ex lapsu autem nedum quinquennii, sed plurium annorum videtur inducta vel nova professio tacita, secundùm Fr. Emman. *d.quæst.17.art.17.in fine,* vel ratificatio antecedentis professionis expressæ, juxta opinionem Sanch. *d. lib.7. disp.37. num.6.* Nec prædictis videtur obstare Constitutio illa secunda Sixti, dum *in vers.sed cum eadem ratio,* revocat,& infringit quascumque tacitas professiones, nisi & in ipsis fuerit adhibita forma inquisitionis, & informationis ab eo Pont. præscripta, ob quam Constitutionem etiam post quinquennium posse professum reclamare adversus suam professionem absque dictis informationibus emissam, & terminum quinquennii à Concilio præfixum tali casu non obstare firmat Fr. Emm. *d.quæst.17.art.12.vers. advertendum*, ubi & à Senatu ita fuisse judicatum attestatur, & etiam Sanch. *d.disp.37.in princ.* Quia respondetur Felic.record.Clem.VIII.*in sua Const.*edita *sub die 2.Aprilis* 1602. quæ est in ordine *Constit.83. ejusdem Pontificis,* prædictas Sixti V. Constitutiones quoad eam partem, in qua professiones non præmissis diligentiis, & informationibus emissis irritabant, ad terminos Juris communis reduxisse, ut *in §. fin.* & sublato obstaculo Constitutionis Sixti V. nihil est quod tacitam professionem impedire possit, juxta dispositionem Juris communis, ad tradita per Cassad. *dec.8. num.6.* & Caput. *dec.214. num.5. cum seqq. lib.2.* & ita in his propriis terminis dictum fuit *in Ulysbonensi professionis,* 10. *Decembris* 1621. coram *R. P. D. Merlino.* Clemens VIII. statuerat professionem per eos emissam, qui probationis annum in Monasteriis, seu domibus Regularibus ad id designatis, vel ab Apostol. Sede approbatis minimè fecerint, invalidam existere: sed S.D. N. Urbanus VIII. *Constit. sua* incip. *Religiosos viros*, 2. *Aprilis* 1631. Ordinariis locorum, in quibus talia monasteria consistunt, seu eorum Præfectis injungit, ut omnes & singulos Religiosos prædictos ad professionem denuò servatis aliàs servandis, emittendam absque novo probationis anno, ex speciali Sedis Apost. benignitate recipiant. Postmodum idem S.D.N. *die 5. Januarii* 1636. *ad occurrendum motibus, qui possent in Religionibus oriri occasione receptionis novitiorum, & professionis per eos emissæ in Conventibus non designatis contra formam decretorum sanctæ mem. Clemen. VII. de novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis nisi in Conventibus designatis, audita super hoc sententia S. Congregationis Concilii, declaravit, ac decrevit hujusmodi receptos, & professos contra formam dictorum decretorum, allegantes propterea nullitatem receptionis, non posse super hujusmodi nullitate post lapsum quinquennii quoquo modo audiri. Quod si aliqui contra formam præfatorum decretorum recepti & professi, è Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam respectivè illos ejicere voluerint, eadem Sanctitas sua decrevit, ut tam ipsi professi, quàm Superiores respectivè teneantur jura, quæ sibi favere visa fuerint, priùs deducere coram eadem sacra Congreg. quæ ex speciali etiam sua Sanctitatis facultate super hoc concessa providebit, inhibentes propterea Primatibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus jurisdictionem exercentibus, ac quibuscumque judicibus Ordinariis, & delegatis, etiam causarum Palatii Apost. Auditoribus, & S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sedisque Apost. Nuntiis, ne in posterum in hoc quoquo modo se ingerant absque speciali ejusdem S. Sedis commissione, sub pœna ipso facto incurrenda, quoad Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Primates interdicti ab ingressu Ecclesiæ, quoad Abbates, & Prælatos inferiores, ac alios judices prædictos excommunicationis latæ sententiæ: quo verò ad Nuntios, & ad S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, indignationis suæ Sanctitatis, & pœnarum arbitrio ejusdem ponendarum.*

Prædictum quinquennium currere Regulari minori tenet Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. dec.658. in 1. edit. & resol.551. in 2. edit.* ubi citat Fr.Emman. *d. art.17. vers. ex quibus infertur.* Sed meliùs Flor. de Mena *q.23. num.68.* resolvit illud non currere tempore inhabili, veluti durante pupillari ætate, aut aliqua causa nullitatis irremissibilis alicujus inhabilitatis personalis. Nec obstant verba ipsius Concilii, ibi, *quamcumque causam,* quibus designare videtur, quod generaliter debet repelli ab allegandis quibuscumque causis, quæ litem possunt movere. Quia respondetur verba illa generalia restringi per narrationem priùs factam, & per illa verba, *quicumque regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile*, &c. Unde de his tantummodo causis intelligitur Concilium, non verò de aliis, ob quas forsan quispiam intra quinquennium non potuit, aut non fuit sibi permissum reclamare: quapropter hujusmodi non obstante, quod elapsum sit quinquennium, reclamare poterit, neque erit repellendus, sed audiendus: ita Aloys. *d. decis.650. n.6.* Fr. Ludov. Miranda *d. q.30. art.1. concl.unica, in med.* additque Lezana *d.c.2. n.7.* ex Navar. *commento 4. de regul. à n.71.* Concilium esse intelligendum nisi taliter professi allegaverint legitimas causas, ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare, quia ita piè interpretanda est mens Concilii. Et idem Lezana *citato loco,* post Laurent. de Peirinis *tom.1. de subdito, quæst.1. de obedient. cap.25. §.4.* subdit illo Concilii decreto *dict. cap.19.* non obstante, posse Prælatos Religionis, etiam transacto quinquennio ejicere Religiosum, quem noverint habuisse in professione defectum alicujus conditionis irritantis illam, quia Concilium solùm videtur determinare illud quinquennium pro reclamatione professorum.

ALLEGATIO CV.

Episcopus quibus casibus in Regulares, & exemptos habeat jurisdictionem.

SUMMARIUM.

1 *Monachi omnes olim attento jure communi fuerunt Episcopis subjecti, in quorum diœcesibus monasteria sita erant.*

2 *Episcopi de jure communi intentionem fundatam habent, tam in civilibus, quàm in criminalibus contra Abbates, & Regulares.*

3 *Regulares ferè omnes sunt hodie exempti ab Ordinario*

dinariorum potestate ex Summorum Pont. privilegiis.

4 *Superiores Regularium ob exemptionem ab Ordinariorum potestate ea omnia exercere possunt in suos quæ Episcopi in subditos.*

5 *Episcopus hodie nullum potest ad professionem monasticam admittere.*

6 *Dispensare non potest Episcopus cum Religioso, ut ad minus strictam religionem transeat.*

7 *Licentiam eundi ad studia absque Abbatis consensu, non potest Episcopus Monacho concedere.*

8 *Licentiam non potest Episcopus concedere, ut Religiosus munus executoris testamenti, aut cujuscumque ultimæ voluntatis suscipere valeat.*

9 *Advocati, & procuratoris munus, ut etiam pro se obire possint, non potest Episcopus Religiosis licentiam concedere.*

10 *Abbas potest Monacho licentiam concedere, ut procuratoris munus pro Episcopo obire possit.*

11 *Regularium monasteria à quo tempore fuerint exempta à potestate Episcoporum, ostenditur.*

12 Cap. quàm sit necessarium, 18. quæst. 2. *declaratur superscriptio.*

13 *Regulares an illis casibus, in quibus subsunt Episcopis, valeant ab eis puniri, ac censuris involvi, ostenditur.*

14 *Regularis etiam intra monasterium degens, si deliquerit, ab Ordinario loci visitari, puniri, & corrigi valet.*

15 *Concilii Trid. dispositio* sess. 6. de reform. cap. 5. *locum sibi vendicat in Equitibus S. Joannis Hierosolymitani.*

16 *Regularis qui potest puniri ab Ordinario loci, si extra monasterium degat, intelligitur dum non vivit sub Superiori conventualiter.*

17 *Regularis manens de Superiorum licentia sub regulari observantia in aliquo membro, vel grangia sui monasterii pro religionis servitio, si delinquat, non ab Ordinario, sed à suo Superiore puniri debet.*

18 *Regularis intra monasterii claustra degens, si extra notoriè deliquerit, instante Episcopo à suo Superiore, vel eo negligente, ab eodem Episcopo puniri potest.*

19 *Doctores referuntur, qui tractant de materia Concil. Trident.* sess. 25. de Regular. cap. 14.

20 *Regularis intra claustrum monasterii degens, & extra illud delinquens, an possit antequam remittatur ad suum Superiorem, ad carcerem Episcopi duci, ostenditur.*

21 *Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati in tausis mercedum, & miserabilium personarum regulares debitores cogere, & compellere ad solvendum debitum possunt.*

22 *Doctores referuntur qui tractant de materia Concil. Trid.* sess. 7. de reform. cap. 14.

23 *Concilium Tridentinum* sess. 7. de reformat. cap. 14. *an deroget textui* in cap. 1. de privilegiis, lib. 6. *ostenditur.*

24 *Regulares absque Ordinarii approbatione, citra licentiam à suis superioribus impetratam, libros imprimi facere non possunt.*

25 *Regulares suæ diœcesis cogere potest Episcopus, uti à Sede Apostolica delegatus, ut lectionem Sacræ Scripturæ in monasteriis suis habeant, si commodè fieri potest.*

26 *Regulares in Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, prædicare volentes, ultra suorum Superiorum licentiam, Episcopi etiam licentiam impetrare coguntur.*

27 *Regulares quamvis exempti, subjiciuntur Episcopis quoad Ordines suscipiendos.*

28 *Episcopi super regulares etiam Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, habent auctoritatem in concernentibus curam animarum, quam ipsi exercent.*

29 *Episcopalis auctoritas in regulares versatur circa Confessiones audiendas.*

30 *Regulares etiam exempti, si in loco non exempto Ecclesiam ædificare voluerint, id facere non possunt sine Episcopi diœcesani consensu.*

31 *Monialium clausuram in omnibus monasteriis, etiam exemptis conservare, & restituere potest Episcopus.*

32 *Regulares omnes, etiam exempti, subjacent Episcopis in colendis festis.*

33 *Regulares peccant contra præceptum observationis festorum ab Episcopis præceptorum.*

34 *Regularium ritus in diebus festis quoad Missas celebrandas, & cætera divina Officia ab ipsis in eorum Ecclesiis persolvenda, remanere debent.*

35 *Conciones, & lectiones, quas iidem regulares ad populum habuerint, debent desumi ex Evangeliis, & Epistolis, quibus Clerus sæcularis utitur illis diebus festis.*

36 *Festa sacra in propria diœcesi cum Clero, & populo indicere valet Episcopus in honorem alicujus Sancti in Sanctorum numerum adscripti.*

37 *Episcopus habet potestatem abrogandi, vel subrogandi dies festos, prout esse magis expediens videbitur.*

38 *Princeps sæcularis non potest subditis suis indicere, & præcipere observantiam alicujus festi sine auctoritate Episcopi.*

39 *Festa observanda de præcepto potest Episcopus in Synodo absque populi consensu indicere.*

40 *Festis diebus quibus rebus liceat operam dare, ostenditur.*

41 *Episcopus procedere potest contra laïcos non observantes festa.*

42 *Laïci Superiores pro festorum observatione possunt etiam statuere, & pœnas violantibus imponere: quod quomodo sit intelligendum, ibi ostenditur.*

43 *Regulares interdicta, & censuras ab Episcopo promulgatas, in eorum Ecclesiis publicare, ac servare tenentur.*

44 *Concilium Tridentinum* sess. 25. de Regular. c. 12. *an revocet privilegia regularium concessa ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laïcos ad divina eodem tempore, ostenditur.*

45 *Regulares ad publicas processiones accedere per Episcopos compelli possunt, iis tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt.*

46 *Regulares omnes quoad renunciationes faciendas Episcopis subjiciuntur.*

47 *Episcopus per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellere potest Superiores regulares, ut novitiis nolentibus profiteri omnia bona restituant, quæ tempore ingressus in monasterium detulerunt.*

48 *Regularis quicumque prætendens per vim, & metum, aut quid simile ingressum esse religionem, debet intra quinquennium causam nullitatis coram Superiore suo, & Ordinario proponere.*

49 *Regulares de manibus laïcorum Ecclesias recipere sine consensu Episcopi non possunt, & quomodo id intelligatur, ibi ostenditur.*

50 *Episcopus potest compellere regulares, sive religiosos exemptos ad reddendum coram se gesta testamentorum executionis rationem, ac eos punire, si malè gesserint.*

51 *Regulares si extra loca ubi monasteria existunt, quæritare voluerint, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere.*

52 *Religiosum leviter percutientem clericum sæcularem absolvit Episcopus.*

53 *Monachos etiam exemptos se ad invicem percutientes, de æquitate absolvit Episcopus.*

54 *Laicos percutientes Monachos ipse Episcopus absolvit, non verò eorum Superiores.*

55 *Moniales exemptas Episcopus absolvit.*

56 *Regulares omnes, etiam exempti, in causis hæresis subjacent Episcopi judicio.*

57 *Superiores regulares non possunt hodie judicare suos subditos in causa hæresis, sed tenentur eos denuntiare Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis.*

58 *Episcopi locorum Ordinarii, & hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedere possunt, & severè animadvertere in regulares audentes publicè asserere, quod B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali.*

59 *Constitutio novissima Sanctiss. D. N. Gregorii Decimiquinti super Conceptione Beatissimæ Virginis, refertur.*

60 *Ordinarii locorum omnium Regnorum, & omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores possunt procedere, & severè animadvertere in regulares, qui personas ad inhonesta perpetranda in actu Confessionis Sacramentalis induxerint.*

61 *Monachus monasterii exempti si sine habitu extra monasterium incedat, poterit per Ordinarium puniri, secus si intra.*

62 *Episcopus punit Regulares Mendicantes (exceptis Prædicatoribus) qui cùm debeant esse contenti unica campana, plures habent.*

63 *Regulares punit Episcopus, qui sibi Episcopalia arrogant.*

64 *Exemptos, si fuga sit periculum, potest Episcopus capere, & remittere ad competentem judicem.*

65 *Exempti subjiciuntur Episcopis in iis omnibus, quæ sunt Ordinis Episcopalis.*

66 *Archiepiscopi, & Episcopi possunt in locis exemptis suæ diœcesis facere solemnes benedictiones, & divina officia celebrare.*

67 *Ordinarius audiri potest ex defectu justitiæ in exemptis, ut suppleat.*

68 *Regulares administrantes clericis, vel laicis Sacramentum extremæ unctionis, Eucharistiæ, vel Matrimonii sine licentia Parochi, possunt ab Episcopis excommunicari.*

69 *Regulares sine Ordinarii licentia Indulgentias publicantes subsunt Episcopi jurisdictioni.*

70 *Regulares die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel majoris Ecclesiæ pulsetur, campanas in Ecclesiis suis pulsantes, ab Episcopo in pœnam centum ducatorum condemnantur.*

71 *Episcopus amota omni appellatione componit controversias omnes inter regulares in processionibus publicis contingentes.*

72 *Exempti in causis matrimonialibus subduntur Episcopis.*

73 *Exempti subduntur Episcopo ad hoc, ut per eum possint denunciari, & mandari ut evitentur, quando essent notoriè excommunicati à jure, vel ab homine.*

1 OLIM attento jure communi omnes Monachi fuerunt Episcopis subjecti, in quorum diœcesibus monasteria sita erant, *cap. Abbates, cap. monasteria*, 18. *quæst.* 2. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de exempt. ab Episcopis, vers. omnes Ecclesiæ.* Trivisan. *Venetiæ decis.* 36. *num.* 2. *lib.* 1. latè Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 26. *n.* 1. Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. part.* 3. *tract.* 15. *cap.* 9. *suppos.* 2. novissimè me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *forens. controv. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 16. novissimè etiam Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c.* 42. *n.* 1. & Lauretus de Franchis *in controvers. tam inter Episcopos & regulares, quàm inter regulares & Laicos, quæst.* 1. *pag.* 301. ita ut Episcopi, veluti Generales Monachorum quosdam ad professionem admittere, alios repellere potuissent, *cap. qui verè*, 16. *quæst.* 1. *cap. viduitatis*, 27. *q.* 1. *cap. Abbates*, 18. *quæst.* 2. *gloss. verb. si Prælati, in c. quando, de offic. Ordinar.* Abb. & communis *in cap porrectum, de regular.* Sylvest. *verb. Religio* 3. §. 4. Navarr. *in cap. non dicatis*, 12. *q.* 2. *num.* 63. *vers. addo secundò*, Cabed. *diversorum juris argumentorum lib.* 3. *cap.* 18. *in princ.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 1. & *art.* 3. *utrobique in princ.* Campan. *in diversorio juris Canonici rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 1. Filesac. *de sacra Episc. auctor. cap.* 7. §. 2. *cum seqq.* Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 27. † qui propterea de ipso jure communi intentionem fundatam tam in civilibus, quàm in criminalibus contra Abbates, & Regulares habent, Joan. Andr. Butr. & alii, atque Decian. *in cap. tua nobis, n.* 16. *de confirm. utili*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 23. *num.* 24. Rot. Rom. *dec.* 78. *part.* 1. *divers.* quos refert Campanil. *d. loco*: nam quod attinet ad jurisdictionem & gubernationem, Religiosorum cœnobia erant Episcopo subjecta, licèt Presbytero parochiali subessent in Sacramentis suscipiendis, quandò Regulares non erant clerici, Abb. *in cap. dilectus, n.* 17. *de capell. mon.* Lauret. de Franchis *d. tract. q.* 2. *in princ.*

Hodie tamen attentis Summorum Pont. privilegiis omnes ferè Regulares sunt exempti ab Ordinariorum potestate, sive privilegia directè, sive indirectè per communicationem talem largiantur exemptionem, & consequenter monasteria his temporibus habent jurisdictionem pleno jure quasi Episcopalem, juxta doctrinam glos. receptæ *verb. proprii, in Clement.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alien.* Navar. *d. num.* 63. *vers. addo secundò*, ubi glossam illam singularem dicit, Cabed. *d. lib.* 3. *cap.* 18. *in princ.* Cochier. *de jurisd. Ord. in exemptos, p.* 1. *q.* 17. *num.* 9. & 25. Sayr. *de censur. lib* 4. *c.* 2. *num.* 12. Anton. Corn. *in tract. de absolutione juram. p.* 2. *q.* 4. *num.* 28. Fr. Emman. *d. q.* 63. *art.* 3. ubi varia refert privilegia, Campan. *d. cap.* 13. *n.* 2. Fusch. *de visitat. lib* 2. *cap.* 15. *ante num.* 1. Marc. Anton. Cuch. *instit. major. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 68. Cened. *d. q.* 26. *num.* 3. novissimè Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccles. c.* 12. *n.* 1. Laur. de Franchis *d. q.* 2. *vers. jure tamen novo.* Ita quod † eorum Superiores ea omnia exercere possint in suos, quæ Episcopi in subditos, Nav. *cons.* 23. *de privil. in novis*, Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis.* 25. Cochier. *d. q.* 17. *n.* 25.

Unde cùm Episcopus hodie Superior Religiosorum non sit, nullum jam potest ad professionem Monasticam admittere, Abb. *in cap. porrectum, n.* 12. *de Reg.* Ang. *verb. professio, n.* 1. Sylvest. *verb. Religio* 3. *q.* 14. Nav. *cons.* 6. *à n.* 4. *sub tit. de regul. in antiq.* & *cons.* 40. *à num.* 1. *sub eod. tit. in novis*, Azor. *instit. moral. lib.* 12. *c.* 5. *q* 4. *n.* 1. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 11. quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 54. † Nec dispensare cum Religioso, ut ad minùs strictam Religionem transeat. Greg. *l.* 9. *verb. mas fuertes, tit.* 7. *part.* 1. Ang. *verb. religiosus, n.* 34. Sylv. *verb. religio* 4. *q.* 2. Less. *de just. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 13. *n.* 103. Sanch. *d. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 56. & pluribus citatis DD. idem tenet Homob. de Bonis *de examine Eccl. tract.* 12. *c.* 6. *q.* 12. *res.* 3. † Nec ei dare licentiam eundi ad studia absque Abbatis consensu, glos. *in casus positione, in c.* 2. *ne Clerici, vel Monachi, in* 6. ubi Joan. Andr. *n.* 1. Archid. *n.* 3. Anchar. *n.* 2. *not.* 2. Domin. *in princ. n.* 8. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *c.* 33. *n.* 25. Sanch. *d. lib.* 6. *q.* 8. *n.* 86. † Nec potest licentiam concedere, ut Religiosus munus executoris testamenti, aut cujuscumque ultimæ voluntatis suscipere possit, Bald. *in rub. de major. & obed. n.* 3. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 11. *num.* 19. ubi *n.* 2. resolvit quod Superiore Religionis mortuo, qui hanc facultatem deberet concedere, si jurisdictio Prælati residet in Conventu, sicut jurisdictio Episcopalis manet

manet eo defuncto in Capitulo, tunc poterit conventus hanc licentiam concedere, si autem residet in aliquo privato, qui plenas Prælati vices obtineat, illius erit dare licentiam, quod si apud nullum ea jurisdictio maneret, quod nunquam contingit, expectanda est novi
9 Prælati electio. † Nec etiam potest Episcopus licentiam Religiosis dare, ut possint munus Advocati, & Procuratoris obire, Sanch. *d. lib. 6. c. 13. n. 9.* contra Inn. *in c. cum I. à n. 3. de sent. & re jud.* ubi Host. *n. 2.* Joan. Andr. etiam 2. Anton. 7. Abb. 29. Henriq. 4. Quod qui-
10 dem adeò verum, ut † nec etiam Episcopus ad sua negotia valeat Religioso licentiam concedere procuratoris munus obeundi; in hoc enim casu licentia Abbatis requiritur, qui eam concedere valet, nam utilitas monasterii est modica; habere Episcopum à quo in multis dependet, propitium. Hostien. *in d. c. sopitæ, n. 1. de censibus,* ubi Abb. *n. 3.* Felin. *in d. c. cum I. à n. 12.* Fulv. Pacian. *cons. 162. n. 190. volum. 1.* Sanch. *d. lib. 6. c. 13. n. 22.* Quis autem exemptorum sit Judex, & de eorum causis cognoscere valeat, & an possint evocari ad Romanam Curiam, vel de illis in patriis litigatorum finibus sit cognoscendum? Vide quæ dixi *alleg. 81. num. 14. vers. quartò limita in Conservatoribus, in fine.*

11 Sunt qui teneant Regularium Monasteria à Greg. I. fuisse exempta à potestate Episcoporum, *in c. quàm sit necessarium, 18. q. 2.* cujus superscriptio sic concipitur à Gratiano, *Item Gregor. omnibus Episcopis, de libertate Monachorum,* cum multò post per ejus successores hæc exemptio illis fuerit attributa; nam auctoritas illa reperitur originaliter apud registrum D. Gregor. *lib. 7. epistol. 1. & epist. 18.* sub longè diversa superscriptione, nempe, *Gregor. Episcopo Ravennati, privilegium dat monasterio SS. Joannis & Stephani:* unde satis constat, Gratianum in superscriptione illius text. in tribus pec-
12 casse. *Primò,* dum inquit epistolam Gregorii ad omnes Episcopos fuisse directam, cum tamen ex originali constet ad solum Episcopum Ravennatem missam. *Secundò,* dum subdit, de libertate Monachorum generaliter, cum tamen Gregor. ibidem libertatem, seu privilegium exemptionis dederit uni tantum monasterio Sanctorum Joannis, & Stephani, ut constat ex verbis, quæ habentur in originali, & in tenore ipsius epistolæ, ibi: *& ideo quia monasterium, &c.* & ibi, *prædicti monasterii. Tertiò,* dum in plurali retulit *in d. c. quàm sit,* verbo *monasteriorum,* quod tamen in originali reperitur tantùm in numero singulari. Ex quibus & aliis satis constat, textum illum citari non posse in eum sensum, quod Gregorius magnus generaliter exemerit omnes Monachos à jurisdictione Episcoporum, prout eum citare videtur Ascan. Tamburin. *in tract. de jure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium quam sæcularium Episcopis inferiorum, tom. 1. disp. 16. q. 1.* cum tamen unicum solummodò monasterium per privilegium in nonnullis liberaverit: patet ibi, *nullus igitur ultra audeat de redditibus, de rebus, vel chartis prædicti monasterii, vel de loco aliquo, qui ad eum pertinet, quocunque modo minuere,* &c. Itaque text. ille non probat monasteria Religiosorum exempta fuisse à Greg. I. absolutè à potestate Episcoporum, quod quidem si scire cupias, consule privilegia exemptionis Religionibus concessa, de quibus Fr. Emman. *d. q. 63. art. 3.* In Gallia longè diutius Episcoporum potestas in Monachos perduravit, ut latè probat Joan. Filesacus *de sacra Episc. auctoritate c. 7. §. 3. pag. 70. cum seq. & §. 8. pag. 82.*

Unde non à tempore B. Gregorii, sed potius per ejus successores omnes Monachorum Congregationes, & Religiones ex speciali Sedis Apostol. gratia, & Summorum Pontif. benignitate plenariam, ac omnimodam exemptionem obtinuerunt, ut patet ex libris privilegiorum singulorum Ordinum, ex quibus sequentes notavi.

Canonici Regulares præsupponuntur à Diœcesanorum imperio soluti *in 1. 2. 3. & 4. privilegiis* Paschalis II. dicto Ordini concessis, relatis *in ejus privilegiorum lib. in princip.*

Ordo Cluniacensis exemptus fuit ab Ordinariorum potestate per Clement. IV. *anno 1265. die 2. Novemb. Pontificatus sui an. 1.* ut habetur in ejusdem Pontificis Bulla relata per Renat. Chopin. *monast. lib. 1. tit. 2. num. 20.*

Cassinensis Abbatia exempta fuit ab omnium Episcoporum & Ordinariorum jurisdictione per privilegium Sedis Apost. ei indultum à Zacharia Papa, qui Gregorio III. Summo Pont. successerat: refertur in chronica Cassinensi *lib. 1. cap. 4.* & apud Renat. Chopin. *monast. lib. 2. tit. 1. n. 4.* in margine. Nam licèt Ordo S. Benedicti exemptionem aliquo modo habere videretur jam à tempore D. Gregorii magni, ut colligitur ex *c. quàm sit necessarium, & c. seq. 18. q. 2.* tamen hæc Cassinensis Abbatia omnimodam exemptionem à Zacharia Papa obtinuit, totam verò congregationem plenariè ab Ordinariorum & aliorum jurisdictione exemit Eugen. IV. ut patet ex ejus Bulla incip. *Regularem vitam, sub dat. Bononiæ pridie Kalend. Julii anno* 1436. Pontificatus sui *an 6. & est 9. in Bullario novo.*

Camaldulensis Congregationis exemptio adest in Bullario novo *Constit. 11.* Leonis X. *sub dat. Romæ apud S. Petrum, 4. Non. Julii* 1513. Pontificatus sui *anno* 1. de cujus laudibus videatur Arnold. Vvion. Belg. *p. 1. ligni vitæ, lib. 1. c. 22. cum seq.*

Vallumbrosana Congregatio licet à Paschali II. & aliis Summis Pontificibus sub Divi Petri, & Sedis Apost. protectione recepta fuerit, omnimodam tamen & plenariam omnium suorum monasteriorum, ac locorum, & personarum exemptionem ab Ordinariorum & aliorum imperio obtinuit ab Innocentio IV. const. *Innocentius Episcopus,* sub dat. Assisij per manum Joannis de Camezan, Auditoris Contradictarum, S. R. E. Vicecancellarii Vicesgerentis, 12. Id. Julii Incarnationis Dominicæ anno 1213. de cujus laudibus vide Eudox. Locatel. *in vita S. Joan. Galberti,* Chassan. *in catal. p. 4. consid. 51.* Azor. *p. 1. lib. 12. c. 21. quæs. 2.* Hieron. Roman. *de Rep. Christ. lib. 6. c. 11.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 4. art. 2.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. 3. n. 8.*

Cistercien. Ordo ab omni diœcesanorum imperio, & jurisdictione solutus fuit ab Alexandro III. Summo Pont. *Id. Novembr. anno* 1161. Pontificatus sui 3. ut patet ex ejus privilegio incip. *Dilectis,* quod refert Renat. Chopin. *de sacra politia, lib. 2. tit. 3. num. 5.* de quo latè agunt Guid. Clarevallen. & Bernard. de Britto Lusitanus.

Cœlestinorum Ordo ab omni Episcoporum jurisdictione exemptionem, & immunitatem obtinuit à Cœlestino V. ejus institutore anno Domini 1244. Kalend. Octob. incip. *Cœlestinus,* &c. habetur *in Bullario novo Bulla unica ejusdem Pont.* & refertur à Ren. Chopin. *mon. lib. 2. tit. 1. n. 13.*

Silvestrinorum Ordinem ab Episcoporum jurisdictione immunem & exemptum reddidit Innocentius IV. qui eremum S. Benedicti de Monte Fano, ejus Ordinis caput, sub Divi Petri, & Apostolicæ Sedis protectione suscepit quinto Kalend. Julii anno 1247. Pontificatus ejus 5. de quo vide S. Anton. *p. 2. hist. tit. 15. q. 23. §. 2.* Chassan. *p. 4. consid. 57.* Azor. *p. 1. lib. 12. c. 21. q. 10.* Arnold. Uvion. *ubi sup. lib. 3. c. 41.* Joan. Lucid. *lib. 10. de tem. emendat. c. 7.* Locatel. *in vita S. Joannis Gualberti lib. 2. c. 27.*

Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti Ordo omnimodam & plenariam exemptionem à diœcesanorum jurisdictione habuit à Julio II. per ejus Bullam incip. *Iulius Episcopus, pridie Non. Iunii* 1567. Pontificatus ejus 4. habetur *in Bullario novo inter Bullas ejusdem Pontificis in ord.* 12.

Monachorum B. Mariæ Montis Virginis Ordo etiam ab Ordinariorum jurisdictione exemptus fuit, ejusque principale Monasterium, quod est totius

Congregationis caput, sub Divi Petri, ac Sedis Apostol. protectione receptum fuit à Cœlestino III. *die* 4. *Novembris* 1197. Pontificatus ejus *ann.* 7. Cum verò hanc Congregationem Leo X. unitam & incorporatam habuisset Sacristæ hospitalis B.Mariæ V. per ejus Constit. incip. *Dudum felicis record.* 28. *Augusti, anno Domini* 1588. Pontificatus sui 4. eam à jurisdictione dicti Sacristæ solvit.

Præmonstratenses ab Episcoporum jurisdictione exempti fuerunt per Alexandr. V. *an. Domini* 1409. *die* 31. *Iulii*, Pontificatus sui *ann.* 1. ut refert Renat. Chopin. *de sacra politia lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 7.

Charthusiensium Ordo plenariam exemptionem & immunitatem ab Ordinariorum, & aliorum jurisdictione obtinuit à Bonifacio IX. ut in Bulla incip. *Bonifacius Episcopus*, 17. *Martii* 1391. Pontificatus sui *an.* 2. quæ est in Bullario novo tertia in ordine inter Bullas ejusdem Pontificis, de quo vide S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 15. *cap.* 22. Sur. *tom.* 5. *die* 6. *Octobr.* Dionys. Carthus. *in opusculo de laudibus Ordinis Carthus.* Chassan. *p.* 4. *consid.* 62. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 8. Mirand. *d. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 3. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 4.

S. Basilii Ordo jam penè collapsus, à Gregorio XIII. instauratus, atque ab Ordinariorum, & aliorum jurisdictione exemptus fuit per ejus Bullam incipient. *Benedictus Dominus*, *sub dat. Kalend. Novemb.* 1579. Pontificatus sui *an.* 8. quæ est 58. in ordine in nova collect. Bullarii, Fr. Emman. Roder. *Constit.* 12. *dicti Greg.*

Fratres S. Spiritus de Urbe à Superioritate, & jurisdictione omnium Prælatorum, & aliorum, præterquam Magistri generalis exempti fuerunt à Sixto IV. per ejus Bullam *de an.* 1483. quæ habetur *in Bullario const.* 22. ejusdem Pontificis.

S. Antonii Viennen. Ordo exemptus est per multa privilegia Summorum Pontificum, præsertim Urbani IV. Gregorii X. Benedicti XI. Nicolai IX. Martini V. Cœlestini III. Pii II. & aliorum, quæ confirmata fuerunt à Clement. VII. *const.* 2. *ejusdem Pontificis*, in Bullario novo.

Prædicatorum Ordinem à multis Summis Pont. exemptum fuisse testantur eorum privilegia, & habetur in compendio Indultorum ejusdem Religionis, & præcipuè à Gregor. XI. per ejus *Const.* 7. in Bullario novo, à Martino V. ut refert Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 3. de cujus amplitudine, & sanctitate agunt Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 2. *art.* 2. Suar. *d. tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 6. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 5.

Minorum Ordo à pluribus Summis Pontif. exemptus fuit, & præcipuè à Clemente IV. ut testatur Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 3.

Cruciferi approbati, & sub Sedis Apostol. protectione fuerunt recepti ab Urbano III. ut constat ex ejus Constit. quæ refertur in Bullario novo *Constit.* 1. ejusdem Pontificis.

Servorum Beatæ Mariæ Virginis Ordo ab Ordinariorum jurisdictione exemptus fuit ab Urbano VI. ut habetur in Bullario novo *Constitut.* 2. ejusdem Pontificis.

Minimorum Ordo receptus fuit sub protectione Sedis Apostol. à Sixto IV. ut habetur in Bullario novo *Constit.* 5. ejusdem Pontificis.

Theatini similiter recepti fuerunt sub protectione Sedis Apost. & à jurisdictione Ordinariorum exempti à Clemente VII. ut habetur in Bullario novo *Constit.* 38. ejusdem Pontificis.

Clerici Regulares S. Pauli Decollati sub protectione Sedis Apostol. recepti fuerunt à Paulo III. ut habetur in Bullario novo *Constit.* 5. ejusdem Pontificis.

Societas Jesu recepta est sub protectione Sedis Apostol. simulque exempta, ac multis privilegiis munita à Paulo IV. *an.* 1540. & *an.* 1549. ex Fr. Emm. *citato loco.*

Clericos Regulares de Somascha exemit Sixtus V. ut habetur in Bullario novo *Constit.* 4. ejusdem Pontificis.

Ministrantes infirmis eximuntur, & multis privilegiis decorantur à Gregorio XIV. ut habetur in Bullario novo *Constit.* 17. ejusdem Pontificis.

Deinde variæ Summorum Pontificum Constitutiones, ac ipsa Tridentina Synodus multis in locis prædictam exemptionem in aliquibus casibus restrinxerunt, quos quidem sigillatim refellere constitui, cum annotationibus ad illorum veram declarationem necessariis, ut Episcopis notum sit, quando de causis Regularium, & exemptorum cognoscere, & in eos animadvertere possint. Nam in casibus enarrandis, in quibus Regulares omnes subsunt Episcopis, valent iidem Præsules punire, ac censuris eos involvere, si contrafaciant, ut tenet Henriq. *in sum. lib.* 7. *c.* 25. §. 7. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 1. *cap.* 8. *prope num.* 19. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. c.* 59. *vers. aliud est dubium*, novissimè me citato *in hoc loco*, Mendez à Castr. *in praxi Lusit. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Mar. Anton. *var. resol. p.* 2. *casu* 35. Zerola *in praxi Episc. p.* 1. *verb. excommunicationis causa materialis*, §. 4. Lazar. *in pract. quæst. Canon. tit. de blasp. q.* 10. *à n.* 55. & Novar. *in Lucerna Regul. verb. excommunicare*, *à princ.* Et plures casus in quibus Episcopus potest Regulares excommunicare, cumulant Aloys. Ricc. *in praxi aurea, res.* 210. Lauret. de Franchis *ubi suprà, q.* 6. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 6. & *q.* 65. *art.* 11. Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.* 3. *q.* 11. *ex n.* 8. Cevall. *de cognit. per viam violent. p.* 2. *q.* 22. Narbon. *l.* 59. *gloss.* 1. *ex n.* 230. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. E, concl.* 244. 245. 565. & 566. Cened. *pract. & Canon. quæst. lib.* 1. *q.* 26. *n.* 6. *cum seqq.* Erasm. à Cochier. *de jurisd. Ordin. in exemptos, tom.* 1. *p.* 2. *q.* 45. *per tot.* Quamvis quoad Religiosos habentes privilegium ne possint excommunicatione, suspensione, vel interdicto ligari, quale habent omnes Mendicantes, non posse ab Episcopis compelli censuris, defendant Quarant. *in sum. Bullarii, verb. præcedentia, vers. an in casu*, novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. c.* 42. *n.* 26. Lauret. de Franch. *ubi sup. q.* 7. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 33. *n.* 23. & *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 14. Lezana *d. c.* 11. *n.* 14.

13 14 15

Primus igitur casus est. Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu tutus non est, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apost. delegato, secundùm Canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat. Concil. Trid. *sess.* 6. *de reformat. cap.* 3. Marc. Anton. Cuch. *lib.* 2. *inst. major. tit.* 6. *num.* 163. Paul. Fusch. *de Visit. lib.* 2. *c.* 17. *à n.* 1. & *c.* 20. *à n.* 7. Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *q.* 26. *n.* 33. novissimè Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccl. c.* 42. *à n.* 21. Lauret. de Franch. *ubi supra, q.* 5. *n.* 2. & *q.* 6. *vers. septimò fallit.* Lezana *d. cap.* 11. *num.* 8. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *à princip.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 223. *n.* 4. *p.* 1. & *dec.* 231. *p.* 4. Cujus Decreti dispositio locum sibi vindicat † in Equitibus S. Joan. Hierosolymitani, Navar. *cons.* 21. incip. *An Milites S. Joannis, sub tit. de Regular. in antiq. & consil.* 12. *in novis*, Sayr. *in floribus decisionum sub eodem tit. decis.* 26. Campan. *d. c.* 13. *n.* 22. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 503. *vers. Amplia primò, & d. decis.* 231. *n.* 1. *p.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 4. *quæs.* 3. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 4. & *q.* 63. *art.* 7. *vers. quintò*, me citato *in hoc loco*, Novar. *de elect. fori sect.* 2. *q.* 69. *n.* 11. *in ult. impress.* Et verbum illud † *extra monasterium*, intelligitur dum non vivit sub Superiore conventualiter, ut declaravit *Sacra Congr.* his verbis; *Religionis*